æneī. Eiectam claſſem ſocios a morte reduxi. Abad
dir ſimiliter cum duplicato.d.ſcribitur. Et is deus
eſſe dicitur quē græci βαιτυλον uocant. Vnde ſic
quoq; lapis ille uocabaē quē Saturnus deuoraſſe di
citur. Sed de compoſitis ab hac præpoſitiōe ad ali-
ud quoq; dicendū uidetur. Nam plærūq; quidē ſer
uatur.d. nōnunquam uero inſequentem litteram
commutatur. Sed hoc primum prænotare libet ad
ꝓpoſitionem idem quod circiter ſignificare:ab au-
ctoribus cōſtitutū eſſe. Vt circiter tria milia. uel ad
tria milia idem ſignificat. At igiē cōpoſita cū dictio
nibus īcipiētibus a uocalibus qbuſcunq; conſeruat
d. integrū ut adamare quod ex ad & amo cōponiē:
& eſt amatorie amare. Cuius rei multa ab auctori-
bus colligi poſſunt exempla. Sed hoc ſolū Quinti.
ex declamationibus ſufficiat: Me quidem marite ſi
qs interroget oēs matres liberos ſuos tanq̄ adama-
uerūt amant. Videbis oculos nunquam a facie uul-
tuq; deflectere comere caput:habitumq; compone
re:ſuſpirare cum receſſerint:exultare cum uenerit:
conſerere manibus pendere ceruicibus: nō oſculis.
non colloquiis non ꝓſentiæ uoluptate ſatiari hæc
ille. Verum amare genaralis eſt ſignificari:& idem
quod diligere denotat: niſi quod qdam plus:ſigni-
ficare uolunt:ut Cicero ad brutum. Sic igitur faci-
es:& me aut amabis aut quo contentus ſum dili-
ges: Idem ad Dolobellā ut mihi deniq; amare uide
ar antea dilexiſſe. Adedo.i.corrodo ex ad & edo cō-
ponitur. Ademptus cum.m. ante.p. ſcribitur &

componitur ex ad & emptus ubi euphōiæ cauſa in
terponitur.p.quia.m.ante.t.im mediate locari non
poteſt ut ſupra tetigimus & in ſequentibus clarius
oſtēdemus. Adimo ex ad & emo quaſi diminuo:&
auſero. Adigo ex ad & ago. Aditus ex ad & eo itus.
Adorare ex ad & oro quod eſt ore precor cōponi/
tur. Et tamen ſine ore hoc eſt ſine uoce aliquādo fit
non tamē ſine geſtu corporis. Vnde elephas & phe
nix & alia quædam irrationabilia ſolem adorare di
cuntur. Adulor ex ad & aula componitur: Quia id
aulici maxime obſeruant: & fit conuerſione au di/
phthongi i.u. longam. Aduro ex ad & uro compo
nitur & magis actionem quam paſſionem ſignifi/
cat. Simili modo cum.u. conſonante conſeruat. d.
ut aduenio & inde aduentare: quod non eſt adue/
nire aut uenire: ſed proximum eſſe ueniēdo: ut cui
cunq; obuius ſit nunciat hoſtes aduentare Compo
nitur ad ſimiliter cum dictionibus incipientibus a.
b. & ipſum integrum in ea compoſitione conſer/
uat: ut adbibo: quod teſte Priſciano cum.d.ante. b.
ſcribitur. Similiter ad breuio: At ſequente.c. eodē
auctoritate tranſit.d. ipſum i.c.litteram: ut accedo:
quod ex ad & cedo cedis ceſſi componitur. & pro/
ducit penultimam: acceſſus & acceſſio: ambo ex ad
& cedo componūtur. inter ſe tamē ſignificato diffe
runt: quia acceſſus eſt aditio atq; apropinquatio: ac
ceſſio autem adiectio atq; incrementū. Et huius rō
eſt: quia id uerbum a quo deſcendunt dupliciter &
regit & ſignificat: ut accede ad ignē huc.i.adi apro/
pinqua. Quin & hoc calamitatibus meis pōdus ac/
ceſſit: uel ad calamitates: hoc eſt adiunctū ē & incre
uit. Quæ differentia rara eſt in conſimilibus nomi
nibus. Nā ſatus & ſatio idē ſūt: cultus & cultio: mo/
tus & motio: curſus & curſio: & abuſos abuſio:
actus & actio: Niſi quod dicimus actionem cārum:
nō actum: & actum comœdiarum nō actionem: Si
militer geſtus & geſtio nō parum differunt: nā ge/
ſtus eſt actio quædā: & quaſi ꝓnūtiatio corpis. Ge
ſtio uero adminiſtratio qdā & parū i uſu eſt. Acco/
la ex ad quod ē iuxta & colo.i. habito cōpoūr. Vn/
de ꝓprie is dr̄ q iuxta habitat: ſiue iuxta aquas ſiue
iuxta mōtes: Nec refert I ſuo an alieno: ut acola uul/
turni: acola padi: acolla rhodāi. At q in mōtibus do
mos urbeſq; poſitas habēt. Incolæ ꝓprie dicūr: Ac/
cuſo ex ad & cauſo cōponiſ. Et ē accuſare teſte Ser/
& pluribus grāmaticæ auctoribus maioris de mi/
nore. Incuſare uero mioris de maiore: quā ſane dif
ferētiā apud neminē antiquoꝝ cōpi. Itaq; ne in his
inſiſtere uidear: accuſare ē uel apud iudices uel apd
aliū quēuis: ēt apud illū ipſū quē accuſes ſignificare:
atq; oñdere aliquē peccaſſe. Incuſar uero ē mores al
terius rephendere: & plærūq; cū querela: quod ab il
lo iniuria ſis affectus. Sic apud Vir. Terentiū Cæſa/
rē cæteroſq; auctores ſemp annotaui. Et inde accu/
ſatorius is dicir q accuſat. Nam q̄ in orius oria oriū
a uerbis uel a uerbalibus i or magis deſcendunt acti
onē ſignificāt. Si uero.ad.cum dictionibus incipien
tibus a.d.cōponir: ſuū.d.integrū conſeruat: ut ad/
diſco quod per duplex.d.ſcribir & ex ad & diſco cō
pōir: quaſi bene diſco: & i præterito corripit penul/
timā. Vnde diſco abſq; ad præpoſitione ē ut intelli/
gas, ediſco uero ut memoriter cōplectaris. Quinti.
de inſtitutione oratoria lib. primo. Illud ex cōſuetu
dine mutandū prorſus exiſtimo in his de qbus nūc
diſſerimus ætatibus: ne oia quæ ſcripſerūt ediſcant
Addico cū duplicato.d.ſcribir: & ex ad & dico cōpo
nitur: quod apud iuriſconſultos eſt uendere per li/
citationē: hoc eſt in uenditiōe publica: ubi alius alio
maius ꝑcium pollicer: ut ſibi potius q̄ alteri uænta/
lia addicanr: Vnde additio cum dublicato.d.&.c.an
te.t. ſcribir. Sicq; apud iuriſcōſultos titulus ē: De in
diem aditione. Quē qdam noſtri tpis iuriſperiti nō
intelligentes emēdant dicentes de in diem adiectio
ne. Vbi nō uerba modo ſed ſniam ac ius ipſum cor
ruperunt. Paulus iuriſconſultus. Si uenditor ſimu/
lauerit meliorē allatā conditionem: cū minoris uel
ēt tantidē alii uenderet: utriq; emptori inſolidū erit
obligatus. Sed ſi emptor aliū idoneū non ſubiecit:
eiq; fundus addictus ē: Nō uideo inquit quēadmo/
dū priori ſed emptus cū alia cōditio & uera ſubſecu
ta eſt. Sed ſi neuter ſubiecit emptorē: maiore autē
eſt precio addictū ē ꝑdium ei: qn ſoluēdo nō ē ha/
bitū eſt a priori empnōe: qa ea melior itelligir quā
uēditor cōprobauit: cui licuit nō addicere Quo uer
bo Cice. pro Cecinna ſæpe utitur. Vt deterrerent
emptores multi partim gratia Caſēntæ: partim pre
cio fundus addicir. Et paulo poſt. Quaſi uero nos
aut ei negēus addictū. aut tamen quiſq̄ fuerit: qui
dubitaret quin emeret. Similiter Quinti. in agro re
dempto oēs facultates in precia collegi: rus ſeruu/
los penates: & oia utiliora ꝓperanti feſtinatione Pa
rentis addixi. Inde addicti apud ueteres dicebanr:
qui prætoris pronūciatione ac iuſſu cōſoluendo nō
eſſent creditoribus uendebantur: de quibus crebra
apud Liuiū mētio haber. & addictos morti deſtia
tus dicitur. Cice. lib. oficioꝝ. iii. Et is qui morti ad/
dictus eſſet: paucos ſibi dies cōmendandoꝝ ſuorū
cauſa poſtulaſſet quas factus eſt alter. Additus ſine
c. ex ad & datus cōponitur. Verum cum dictiōibus
incipientibus ab.f.ſi.ad præpoſitio conſeruare. d.
ipm hēat: uel i alteꝝ.f.cōmutar dubiū apd ātiquos
fuit: Nam aſſerebant grāmatici quidā cōſeruandū
eſſe ipſum.d. idq; i antiquis quibuſdā ſcripturis ap
parere dicebant: ubi adfatur cum.d. ſcriptum erat
atq; adfore ſimiliter. Quare & i aliis ſic quoq; ſcri/
bēdū eſſe exiſtimabant. cū non ſit ratio in uno ma/
ior q̄ in reliquo. Aliis uero uiſum fuit.d. in.f. cōmu
tari: ac molliori ſono ꝓferri: q̄ ſi.d. ipſum cōſeruer
quod ēt Priſciano rationabilius fuit uiſum ut affe/
ctus cū duplicato.f.&.c.ante.t. Nam ex ad & factus
componitur: ubi.a.f.e.commutatur: Sane affecta te
ſte Gellio lib. iii. noctium atticarum ſicuti. M. Cice
ro & ueteꝝ elegantiſſimi locuti ſunt: ea ꝓprie dice
bantur: quæ non ad finē ipſum ſed proxime finem
progreſſa deductaue erant. Affatim quod cū dupli
cato.f. quandoq; ſcribitur facunde ſignificat: & an/
tepenultimā producit. Si uero cum unico.f. ſcribar
ex.a. cōpoſitum dicūt & fabile: quaſi abūde & non
dicibiliter ſignificet: cuius antepenultimā corripi
uolunt. Affabilis cum duplicato.f. ſcribir: ex ad & fa
bilis componi dicunt: ſi autē cū dictionibus incipi
entibus.a.g.cōponar: ex ſimili cauſa.d.i g.mutare
uolunt. ut aggero ex ad & gero quaſi aggerego un/
de agger deducir & ſimili mō ſcribir: & ē teſte Ser/

uio ſuper octauo æneidos cuiuſlibet rei coaceruatio: unde foſſæ aut ualles poſſunt repleri & ſuper decimo æneidos ait:agger proprie terra illa dicitur: quæ facto uallo propius põitur. Sed abuſiue & muros & munimenta aggerem etiam dici rettulit. ut Virgilius. Quin intrant portas atq; iſpis prœlia miſcent. Aggeribus mœrorum & inundant ſanguine foſſas. Nonnunquam uero eodem Seruio teſte:ſup.viii.æneidos: Agger media eſt uiæ eminentia ex aggeratis lapidibus:ſtrata. Vnde dixit Virgi. Qualis ſæpe uiæ depræhenſus ager ſerpens. Sane ſi cum dictionibus:ad ꝑpoſitio incipientibus.a.gn.componatur abiicit.d. ipſum:ut agnitus agnoſco. Simili modo ſi ſequatur.ſ.p.uel.ſ.c.ut uidebimus. Si uero cũ dictionibus aſpiratis componat̃.ad.õſeruat.d. & idẽ eſt: ac ſi cũ uocalibus cõponeret̃:ut adhereo adhibeo:quod ex ad & habeo componitur.adhortor & ſimiles. Veꝝ ſi cum dictionibus incipientibus ab.l.componat̃:cõſeruant aliqui.d.itegrũ. Alii uero conuertũt in.l. quod Priſciano magis placuit: & melius ſcribi alludo cũ duplicato.l.q̃ ad ludo cũ.d.ãte.l.uoluit.ſimiliter alleuo magiſq̃ adleuo:qđ ex ad & leuo componitur:ſignificatq; in altum tollo: uel de imo & ubi quod. iacet atq; proiectũ eſt ſurſum leuo. Quinti.li.undcimo. Vidi inquit multos quoq; ſupercilia ad ſingulos uocis conatus alleuarent̃. Idem hoi i aquã lapſo:atq; ut alleuarẽt orãti. Alleuio ſimiliter ſcribit̃:& cõponit̃ ex ad & leuio leuias:quod eſt pondus aufferre uel diminuere. Allubeſco ex ad & lubeſco quaſi lubẽs facio.i.obedio. Si aũt ad cũ dictionibus incipientibus ab. m. componatur:ipſum.d.itegrũ cõſeruat:ut admitto quod ex ad & mitto cum duplicato.t.ut uidebimus componitur.& ſignificat teſte Priſciano in octauo aſſumo ſcilicet & pecco. Iuuenalis in ſaty. Credo pudicitiã: iã fas eſt admitte uiros. i. aſſume: Idẽ in eadẽ: Quid phecas admiſit? quæ nã hic eſt culpa puellæ? admiſit dixit ꝓ peccauit. Simili modo admoneo: admiror:adminiſtro:& ſimilia. At cũ dictionibus icipientibus ab.n. uoluerunt quidã modo conſimili ad ipſum.d.cõſeruare:ut adnitor adnuo. Quod Priſciano non placuit:ſed potius mutari in. n. uoluit: & ſcribi annitor:annuo:ãnumero:& alia ſimiliter. Sane ſequente.p.abſq; alicuius dubitatione in ſimilem litterã conuertit̃.d.ut appello ex ad & pello pellas:quod eſt uoco componit̃. Vnde appellare eſt alium aduocare. At appello appellis ſimili modo cum duplicato.p.ſcribit̃.cui ſimile eſt impello. Vnde appuli in præterito.i.applicui deriuatur. Teren. Poſt quã poeta animũ adſcribendũ appulit.i. applicuit: Si uero cũ unico.p.ſcribat̃:idem eſt quod a moueo Nã componitur ex.a. quod priuationẽ indicat:& pello pellis:ut a pulſus ab urbere.i.amotus. Virgili. appendo ex ad & pendo pendis componitur: & eſt ſuſpendere:ut appendi unam cũ ad lãcem ſtaterãq; ponderaui:Cice.i Antoniũ:ut iã appendat̃ pecunia nõ muneretur:& i procœmio orationũ Aeſchini ac Demoſthenis a ſe trãſlaturũ figurate ad incorporea trãſtulit cũ ait. Ea putaui nõ annumerare lectori dedere: ſed tãq̃ appẽdere. Similiter apparo ex ad & paro cõponitur:& diuerſum ab eo qđ eſt ꝑparo ſignicat. Nã ꝑparare eſt antea parare:quæ quis utilia ſibi fore credit. Cice. officiorũ libro ſecũdo: Facile totius curſum uitæ uidet:ad eamq; degendã ꝑparet res neceſſarias:ut paſtũ latibula.& alia generis huiuſmodi. Apparere uero eſt ad dignitatẽ quandã ac uerius pompam ſe aptare. Idẽ de oratore li.iii. Illa quæ i apparatu fori appellantur inſignia. Et licet apparatus quandoq; utrunq; ſignificare uideat̃: ut apparatus belli quaſi præparatio. Id tamen potius eſt ex q̃dã conſequẽtia q̃ proprietate. Nam ut dicimus: naues non modo inſtructas:ſed etiam ornatas:quia ut inſtructores ad bellum eo pulchriores ſunt. Itaq; apparatum belli uocamus.quæ ad bellũ quodam decore & ornamento aptant̃. Sane præpoſitio.ad.nõnunq̃ ſequente.p.littera. d. abiicit:ut aperio qđ ex ad & perio:ut quibuſdam placuit cõponitur: cuius uerbi ſimplex i uſu nõ ẽ. Aliis uero quibuſdã & Priſciano in.viii.magis uiſũ eſt ex ad componi & pario quod apud uetuſtiſſimos ut ſupra oſtendimus nõ ſolũ ſecundũ tertiã et ſecundũ quartã cõiugationẽ declinabat̃:& hẽt primã breuẽ. Iuue. in ſatyra C.redo pudicitiã iquit: Protulit ut mos ẽ:& apta palluit agna. At repio quod ex eodẽ uerbo cõponit̃:& cũ unico.p.ſcribit̃:quaſi defraudet̃ una cõſonante ratione præpoſitionis in ꝑſenti:in ꝑterito duplicat.p.ſcribitur:quaſi defraudet̃ una conſonante ratiõe ꝑpoſitionis in ꝑſenti:i præterito duplicat.p.& tẽpus recuperare uidetur:qđ ſimili mõ in cõperio & cõperi ratione ꝑpoſitionis opportunũ nõ fuit. Si aũt ipſa ꝑpoſitio.ad cũ dictiõibus incipientibus a.q.cõponatur.ipſum.d.in.c.cõuertit:ut acqro ex ad & quæro acquieſco ex ad & quieſco. Sed ſequẽte.r.uoluerunt antiqui ipſum.d.integrum con[illegible]uari:ut adrideo. Quod Priſcião non placuit:ſ[illegible] magis i.r.cõmutari uiſum fuit:ut arrideo:arripio:qđ:ex ad & rapio cõponit̃: Simili mõ ſequente.s.uolebant nõnulli.d.integrũ cõſeruari debere:ut adſumo abſiſto. Quod ſimiliter eidẽ auctori nõ placuit:ſed potius cõmutatione.d.in.s.ſcribi uoluit:ut aſſumo:aſſiſto:aſſideo ex ad & ſedeo:q̃ſi iuxta ſto. Et ide aſſiduus.aſſectot ex ad & ſector:& eſt comitatũ ꝑſto:nõ i itinere: aut nauigatiõe:aut militia.ſed fere ꝑ urbẽ. Cicero de oratore libro primo. Cũ ædilitatẽ Craſſus peteret: eũq; maior natu & cõſularis Sergius Calba aſſectaret̃:quod filio ſuo de ſpõdiſſet. Veꝝ ſi ſequẽs dictio ab ſc.icipiat:& cõponat̃ ad ꝑpoſitio ſubtrahit̃ d.ut aſcẽdo qđ ex ad & ſcãdo cõponit̃:a ſcribo qđ ex ad & ſcribo cõponit̃:aſciſco quod ex ad:& ſciſco formatũ ſcilicet a ſcio cõponit̃. Et ẽ remotũ aliqd quaſi ſcite uocatũ capere. Cicero de oratore: Quod minime politæ minimeq; elegantes ſunt aſciuerunt aptum ſuis auribus opimũ quiddã & quaſi adipale dictionis genus. At conſciſco fere ad mortem pertinet. Nam plærũq; ſic legimus mortem ſibi ipſi conſciuit: Mortẽ tibi ipſe conſciſcis. Compitur etiam reſciſco:quod proprie deſignat rem poſtquam geſta eſt ſcire:quam neſciebas cum gereretur.præſertim ad te tuoſue ꝑtinentẽ. Terentius i adelphis: En tibi reſciuit oẽm rẽ. Id nunc clamat ſcilicet. Gellius uero dixit reſciſcere eſſe rem occultam inopinatã inſperatãq; cognoſcere. Quod mihi non uidetur. Nã ſi uideam hominẽ cælo uolantem:ut feciſſe Dedalus Perſeuſq; fertur. Aut aliquẽ e terra ꝑdire qua

lem Tagem fuiſſe ab hetruſcis creditum eſt. Aut ſa
tyrũ aliquẽ ſemiuirũ ſemicaprũ, quem uidiſſe non
nulli ſcripſere dicat ne reſciuiſſe? Et ut puto non di
cam. Subtrahitur etiam ab eadem ꝓpoſitione ad ip
ſum .d. ſi cũ dictione componitur ab .s. incipiẽte: ut
aſpitio: quod teſte Priſcião i. viii. ex ad & ſpicio uer
bo: quod ſimplex non eſt in uſu componitur & in
de aſpectus: & ſimilia. Si autem componatur ad cũ
dictionibus incipientibus a .t. mutatur .d. in .t. ut at
tineo ex ad & teneo: attingo ex ad & tango: attraho
ex ad & traho atramen ex ad & tamen.

De ſyllabis deſinentibus in .f.

f

Quoqꝫ nullam ſyllabã per ſe terminat: hoc
eſt niſi loco .b. uel .d. uel .s. uel .x. in compoſi
tione ob ſequentiam unius iſtarũ ſit poſita
ut ex ob & facio officio: ex ad & factus affectus: ex
dis & facilis difficilis. Similiter ex dis & fundo diſ
fundo: eodem modo ab ex & facio efficio.

De ſyllabis deſinentibus in .g.

g

Simili mõ .g. apud latinos nullius ſyllabæ ẽ
terminalis: niſi cũ loco .d. uel .b. ponit̃: ut ſu
pra uidimus: nam ex ad gero fit aggero: ex
ſub & gero ſuggero.

De ſyllabis deſinentibus in .h. & in .k.

k

Nõ ẽt põt .h. aſpiratio itegrã ſyllabã termi
nare: quod ſi in qbuſdã interiectinoibus cõ
perit̃: ut uah ah. & oh. putat Priſcianus per
apocopam fieri: cum perfecta ſint uaha aha ohe.
Similiter .k. nullius ſyllabæ terminalis eſſe poteſt.

De ſyllabis deſinentibus in .l.

l

N .l. uero litterã quacũqꝫ cõſonante ſequen
te antecedẽs ſyllaba terminari põt: ut albus
ulcus calcearĩũ: quod pro calceo ponit̃: & ci
baria pro cibis: fulcrũ qui & lectus dicitur. Nã ẽ quo
facẽte fulcimur. ideſt ſuſtinemur: ut dixit Seruius i
vi. Iuue. in ſatyra Credo pudicitiam ait Antiquum
& uetus eſt alienũ Poſthume lectũ cõcutere atqꝫ ſa
cri geniũ contemnere fulcri. Mulcrũ quod cum .c.
abſqꝫ aſpiratione ſcribitur: & a mulgeo deriuatur:
facitqꝫ i plurali mulcra. ſimiliter ante .d. ante .f. ante.
g. & ante alterũ .l. ut ualde. Alphenus nomẽ eſt uiri
propriũ: Algeo culleus cũ duplicaro .l. Nam uter ex
corio ab occulliendo .i. claudẽdo dictus. Nam in eo
ſceleſtiſſimi homines cũ ſimia gallo & ſerpente iclu
ſi iacebant̃ in mare. Vnde iuuenalis i ſatyra Stema
ta quid faciunt ait. Quis tam ꝑditus ut dubitet Se
necam ꝓferre Nerõi? Cuius ſupplicio nõ d̃buit una
parari Simia: nec ſerpens unus: nec culleus unus Pu
gillaris ſimiliter cũ duplicato .l. ſcribitur q & pugil
lare i ſingulari. At i plurali ſolũ pugillares dicimus
& ſignificat tabellas cæreas: ſiue ligneas: ſiue alteri
us materiei: i qbus ſtillo ſcribius. Vnde a pugno de
ducit̃ quo cõpræhẽdi cõſueuerãt. Palla ſimiliter ſcri
bit̃: & ꝓprie ueſtis eſt muliebris deducta uſqꝫ ad ue
ſtigia dicẽte Virgilio li. xi. de Camilla: Pro crinali au
re pro lõgo tegmine pallæ Tigridis exuuiæ ꝑ dor
ſũ a uertice pendẽt. Tollo eodẽ mõ ſcribit̃: & duo ſi
gnificat .ſ. capio & educo: ut ſuſtuli filium .i. ſuſcepi
filiũ. Itẽ ſuſtuli filium ideſt educaui. Et ab utroqꝫ fit
ſublatum. Terentius: Quicqd peperiſſet decreuere
tollere: ideſt educare Similiter Iuuẽalis i ſatyra Cre
do pudicitiam cum ait. Tollere dulcem cogitat hæ
redẽ. Quod etiã de ſuſcipiendo intelligi põt: ſi quis
ſequentia recte inſpicit. In quibus oſtẽdere uult Vr
ſidium tanq̃ ſibi placeret lex iulia de adulteris de
ſiſtere uelle ab hoc crimine: & ducere uxorem ꝓcre
andorum liberorũ gratia. Sed alia de ſuſcipiendo
uident̃ eẽ exẽpla. Nam certe Alexander magnus ex
uxore liberos non educauerat: Atqui ipſe apud Cur
tium ait: Ego ipſe Orthoxartis perſæ filiam mecũ
matrimonio iunxi. Non dedignatus ex captiua li
beros tollere. Papirianus iuriſconſultus delegatis &
fidei commiſſis ſecundo: Mando meæ filiæ pro ſa
lute ſollicitus ipſius: ut quoad liberos tollat: teſta
mentum non faciat. Ita enim poterit ſine periculo
uiuere. Quin & eadem ſignificatione ponitur ſub
latum. ut Suetonius de patre Neronis: deceſſitqꝫ pi
gris morbo aquæ itercutis ſublato filio Nerone ex
Agrippina Germanico genita. Nam pater Neronis
filium uix uidit. Sane tolero non per geminũ .l. ſed
per unicũ ſcribit̃: cum prima ſit breuis. Iuuenal. in
ſatyra Credo pudicitiam. Quædam parua tamen
ſed nõ tolleranda maritis. Similiter uolo ꝑ unicũ .l.
ſcribitur & corripit̃ atqꝫ eodẽ mõ uelim & uolã. At
uero nolo producitur & nolim & nolam: licet uellẽ
& nollem ꝑ geminatum .l. ſcribãtur & ſic primã ꝓ
ducãt. Caleo ſimiliter & callidus ꝑ duplex .l. ſcribit̃:
ut Iuue. Callidus & triſtes digitos ipreſſit aliptes: &
caleo ꝑ unicũ .l. aliud ſignificat. Pelagus ſimiliter qđ
græcum ẽ per unum exarat̃ .l. & primã corripit. Iu
ue. i ſaty. Natali Coruie die. Et pelago poſtq̃ parcæ
meliora benigna Pẽſa manu ducũt. Vlmus cũ .l. an
te .m. ſcribit̃. ſimiliter palma: & ide palmula q̃ ẽ ex
trema ps remi eo qꝫ ẽ i modũ palmæ ꝓtenta. Vir. li.
ænei. v. Et leuas ſtrigat ſine palmula cautes. Signifi
cat etiã palma uictoriã: qa palmaꝝ artificio acquiri
tur. Qui & teſte Seruio. in. xi. ænei. dicitur ẽt toga:
quã merebant̃ hi: qui deportaſſent de hoſtibus pal
mã. Alnus per .l. ante .n. ſcribit̃ arbor ẽ. Culpa. cũ .l.
ante .p. ſcribit̃. Vlpianus ſimiliter qđ nomẽ ẽ iuriſ
conſulti. Fulſit cum .l. ante .s. ſcribit̃. ſimiliter excel
ſus: Altus uero cum .l. ante .t. & eodem mõ cõſulto
uerbum quod a cõſulo format̃: & ſignificat delibe
rare: quod quidẽ fit cũ adeſt qui cõſiliũ petit: & qui
conſiliũ dat. Et inde conſultatio deliberatio. Et con
ſultor q pro eo qui aliũ cõſulit accipi ſolet. Nõnunq̃
ẽt pro eo q alium conſulit: ut Saluſtius i iugurthi
no: Simul inqt ab eo petiũt: ut fautor cõſultorqꝫ ad
ſit. Cõſultus uero ẽ homo prudens & ſciẽs: dignuſ
que a quo conſiliũ petas. Et aliquãdo quidẽ eſt par
ticipiũ: ut conſulti medici dixerunt eundẽ eẽ lango
rẽ. Aliq̃do uero nomẽ: ut Hora. in. i. car. Parcus deo
rũ cultor & infrequens inſanientis dum ſapientiæ
conſultus erro. Liuius lib. x. ab urbe: Callidus ſoler
teſqꝫ iuris atqꝫ eloquentiæ conſultos. Vnde in pri
mo dixit de Nũma Põpilio conſultiſſimus uir: ut
illa quiſq̃ ætate eſſe poterat: & inde cõponitur iuriſ
cõſultus ſi cõpoſitũ ẽ. Horati. Eris tu qui mõ miles
mercator: tu cõſultus modo ruſticus. Quod ẽt dici
ſolet iureſconſultus. finit ẽt ſyllabã .l. ſequẽte .u. con
ſonante: ut ſylua: de qua in ſequentibus. Peluis a pel
uendo dicta. Puluis ſimiliter qui generis eſt maſcu
lini: & a pellẽdo nomẽ aſſumpſiſſe dicit̃: facitqꝫ di
minutiuũ ex ſe puluiſculũ generis neutri: ut Hiero

nymo placuit. Maſculiſe tamen poſuit Apuleius de Magia cum ait:niſi ut petiſti munditias dentiū:nitellas oris ex arabicis frugibus tenuem cādiſicum: nobilem puluiſculum:cōplanatorem gigiuulæ:& reliqua. Vnde ait Seruius ſuper.xii.æneidos. Puluis ille quo utuntur puellæ etiam cinis dicit̄. At cuius differētiā alius puluis cinis in modus uocat̄ ut Vir. lib.geor.primo. Et cinerē i modū latos iactare per agros. Vnde a cinere.i.Puluere puellaꝝ dicuntur ciniflones:ut Horati. Cuſtodes lectica ciniflones paraſite Terminat etiā.l.ſyllabam ſequente.x.ut mulxi. Veꝝ ante.q.uel.r. non inuenitur.l.nec.h.aut.k. poſſunt ipſum.l.conſequi.

De ſyllabis deſinentibus in.m.

Terminare poteſt ſyllabā i media dictione: m quando ſequens ſyllaba a.b. incipit uel.p. uel altera.m.hoc eſt āte has litteras nō etiā. n.ſtare poteſt:qa ſi p cōpoſitionē interueniret:conuerti debet in.m. Sed ēt ante.d.&.l.&.s.& ſecundū alios ante.q.pōt.m.ſyllabā termiare:ut oſtēdimus Ante.b. ut umbra:& ide umbratilis is dr̄:q umbratus ſiue umbratēus ē:ut uita umbratilis & res umbratiles: idē uita umbra & opaco marceſcens. Cābiſes de quo in ſua dictione uidebimus. Membrū & ide membratim:quod eſt per membra. Ambio & inde ambitus:unde ambitio & inde ambitioſus is dicit̄:q nō ſuæ uirtute cōfidit. Vnde nō recte gradit̄:ſed p circuitū: ſiue qđ romāi:q honores peterēt ſingulos circuibant ꝓhenſantes rogantesq̄:ut ſe in ſuffragiis aduiuuarēt:ut uidebimus i dictiōe Rōa. Siue q̄ q ꝓ adipiſcēdis honoribus ſolliciti ſunt:cū rogāt exordio:quodā longiore:& uerboꝝ circuitu utūtur. Vnde ābitus ſemp in actu ē:& ea facit:quæ ābitio:quæ ē in aīo facere cōpellit. Nōnūq̄ uero ambitus ꝓ ſpecie quadā fauoris:& captatione miſericordiæ ab auctoribus ponit̄. Quintilianus: Si iuuenis inocentiſſimus iudices uti uellet ambitu triſtiſſimæ calamitatis poterat allegare nobis amiſſam i oculis cogitationū oīum temeritatē. Vnde ābitioſus ēt mō conſimili nōnunq̄ accipit̄. Vt idem lib.ſeprimo inſtitutionū. Nō ſū ambitioſus in malis:nec lachrimaꝝ augere cās uolo:utinā eſſet rō minuendi. Ouid. libro.iii.de ponto. Sed tamē hoc factis adiunge prioribus unum Pro noſtris ut ſis ambitioſa malis. Cābio quod originē habet græcam & ꝑteritum facit campſi. Nam a καμπτω uerbo græco deducit̄:quod in præterito facit ἐκαμψα. Vnde cāpſo campſas ſolebant uetuſtiſſimi dicere. Ennius in.x. Leſicatē cāpſant. Recumbo recūbis ſimiliter quod ē tertie cōiugationis: atq̄ idē cum recubo recubas ut. Virgi.in buco. Recubans ſub regmine fagi. Columbus ſimiliter & columba:quæ teſte Varrone a culminibus dicunt̄:qa alte nidulant̄. Ante.p. ut imperiū & inde īperioſus:quo uno mō imperii oſtentator deſignat̄:utputa in exercēda ſæuitia:q̄lis Torquatus apud Liuiū qui filiū ſæuitia ob īperium contemptum occidit. Vnde imperioſus appellatus eſt. Altero mō is ſignificatur.q imperii habitatione detinet:ſeu plenitudinem. Impedio ſimiliter ſcribit̄: & inde impedimēta:quod duo ſignificat. Vnū ē difficultate:quod i cōmuniori uſu habetur Saluſtius: Oculte p amicos & maxie p hoies nominis latini:

& ſocios italicos īpedimēta parabāt. Curtius: Vnā anū & duas puellas itinerū agminūq̄ impedimenta triginta milibus talentū auri prouites. Ci. Cū primum impedimenta naturæ diligentia induſtriaq̄ ſuparit. Significant ēt impedimenta iumenta:quæ ſarcinas:uel alia bellica inſtrumenta geſtant. Et ſarcinæ res ſunt:q̄ in uia portant̄. Curtius: Magno cōſilio iacturam ſarcinaꝝ impedimentorūq̄ contempſit. Et iteꝝ ſarcinas & impedimenta ibi cū ꝑſidio reliquit: Liuius ſimiliter:quarta uigilia pfcti ſarcinis impedimentiſq̄ Beneuenti relictis. Idem: iumētaq̄ & ſarcinas & alia bellica inſtrumēta portabāt. Vnde ait Frontinus ipſe quoq̄ ob hoc exaſprus interfectis oībus īpedimētis ad pugnā deſcēdiſſet Cōparatiuū ſimiliter cū.m.ante.p.ſcribit̄:& conuertit .n.in.m. Nā componit̄ ex con & paro.i.diuerſa: uel aliquid unū:ut diuerſum. Itaq̄ cum.a.poſt.p.ut ēt comparo uerbum ſemper ſcribitur. Eius natura ē ſuperare in ea qualitate:quam optinet poſitiuū: Aliquando tamē teſte Quintilia. utimur cōparatiuis ꝓ abſolutis. Quod poetæ noſtri ſæpiſſimæ obſeruant:ut Virgi.in Tityro. Candidior poſtq̄ tondenti barba cadebat:hoc eſt cādida. Et lib.v.ænei. Comites ſenioris Aceſtæ ꝓ ſenis:ut dixit Priſcianus q id addidit cōpatiuū nōnunq̄ ꝓ minori ui accipi:q̄ ipm poſitiuū: ut Virg.li.ænei.primo. Triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitentes. Nam non abſolute: ſed ex parte triſtis accipit̄. Veꝝ de ſeniore pro ſene non illi primū aſſentiēdum uidet̄: cū ab aliis pro ualde ſene ſimiliter efferatur: ut Quintili.de Socrate. Eo nāq̄ ait ſeniore octauū.n. & nonageſimū cōpleuit annū ꝑceptorem Ariſtotelis pomeridianis ſcholis cœpit. Et Ouidius de triſtibus. Imperiū regat hoc cū ſeniore ſenex. Nec plane triſtior pro ex parte triſtis:ſed ꝓ triſtis ut uolunt Qui.accipit̄. Nec Seruius ut puto dictū Varrōis & Plinii ad mētē accæpit. Ait .n.ſup.viii.æneidos. Senior & iunior cōparatiui ſūt per iminutionem. Et.n.ſenior non ſatis ſenex:iunior nō ſatis iuuenis:intra iuuenē:ſicut pauperior intra pauperem. Quā rem Varronem in libris de lingua latina ad Ciceronē dixiſſe:& a Varrōe tractam cōfirmaſſe Pliniū:dixit idem Seruius. Ego uero & ſi de iuniore ac pauperiore dixerint: alio intellectu affirmare uelim. De ſeniore nullatenus puto. Nam & ſi iunior te ſum:minor natu te ſum:ita minor te ſum ideſt:minoris ætatis q̄ tu. Et ſic forte per imminusionem illi intellexerunt. Sed non ꝓpter hoc tollitur:quin ſuperē te in ea qualitate: quā optinet poſitiuus:hoc eſt ſuperem te iuuentute:& paruitate ætatis. Terminat etiā.m.ſyllabam ante alterū.m. ut flāma:quæ eſt ignis. Flāmeum uero genus eſt ueli rubicundū:quod geſtabat̄ a mulieribus nup nuptis de quo Iuue.in ſatyra Credo pudicitiā inquit: Emutatq̄ domos & flāmea cōterit. Similiter ſummus ma.& aduerbiū ſummatim:qđ ē per ſingulas ſummas. Aliquādo p unā ut dicā de hac re ſummatim. Nā a uerbo ſummo ſummas priæ cōiugatiōis deducit̄:qđ p geminū.m.ſcribit̄:licet ſummo.mis. tertie cōiugatiōis p ſimplū ſcribat̄. Imitor ēt cū primā breuē habeat:p ſimplū.m.ſcribi debet Iuuenalis in ſatyra Oībus in terris:Sāctos licet horrida mores tradiderit domino: ac ueteres imitata ſabinas.

At mãma cũ duplex.m.ſcribatur ĩ deriuatiuo unũ perdit:& dicit mamilla ꝑ unicũ .m.& duplicatũ.l. habetq́ primã breuẽ:ut Iu.ĩ ſatyra.Credo pudiciã am:illa loq recta faciet:ſtrictiſq́ mamillis. At ſumẽ licet primã ꝓducat:cũ unico tamen.m .ſcribit:& a ſugendo nomẽ aſſumpſit:& ut quidã ferũt eſt ſuis mamma:alii uero dicũt bruti cuiuſq̃. Et ſimili mõ uuluã dicũt eẽ mãmã ſuis|uel uaccæ:aut taltũ.Horati.Obeſo nil melius turdo:uulua nil dulcius ampla Iuue.in ſaty.Atticus eximiæ:Qui meminit calide capiat qd uulua ꝓpinæ.Eſt ẽt uulua mulieꝝ:qua naſcẽdo egredimur:ut idẽ primo:Cũ tot obortiuis foecunda iulia uulua Solueret:Cõmodatarius uero ꝑ duplicatũ.m.ſcribit.& is dr |q |cõmodatum accæpit.Cõmentũ:qd ex con & mẽte qdã eẽ cõpoſitũ & deductũ uolũt:q̃ſi ſit cõmonitio mẽtis ꝑ duplicatũ m.ſcribit.Alii a cõminiſcor deductũ uolũt:quoad idẽ tẽdit.Eſt.n.fictũ & enarratũ & inde cõmẽtariũ qd teſte Cice.in Bruto nõ eſt oratio.ſed capita reꝝ oratiõis commentarium paulo plenius.Sane Seneca quod cõmentariũ ſignificet expſſius libro declamationũ.iii.indicat dicens.Sine cõmentario nunq̃ dixit:ſed cõmentario cõtentus erat ĩ quo res nudæ ponuntur.Dicit ẽt cõmentarius in maſculino:ut Liui.lib.xlviii.Quæri iuſſit ab eo ut quẽ de his cõmẽtariũ a patre accæpiſſet.Et ſubdit librum popoſcerũt:ſi plures primus & ſecundus cõmentarius. Itaq́ ĩ ſingulari ꝓ una eadẽq́ ſignificatione tã neutrũ q̃ maſculinũ accipit.Et eãdẽ ſignificationẽ hẽt: quã in plurali maſculinũ.Et ſunt libri ubi res non late diffuſeq́ explicantur:ſed breuius q̃ poterãt tractate:ut Cæſaris commentarii:in q̃bus ad exequendã hiſtoriã aliis uiſ ſubieciſſe materiã.Qui ſi fuerit ſinguli:cõmentariũ uel cõmentarius uel liber dicit Veꝝ & ſi ex multis lõgiſq́ tractatibus breuiora cōacceruentur cõpendia:cõmentarii ẽt dici poſſũt.Vti nos cõmentarios ꝓhos uigintiq̃ttuor libros diximus & duodecim illos alius:quos de oĩ rõne differendi & artis dialecticæ pceptis ex innũeris pene auctoribꝰ & magnis latioꝝ & græcoꝝ uoluminibus ad Frãciſcũ iuriſcõſultũ:& cõterraneũ meũ nup edidimus.Vnde & nõnũq̃ ſimiliter libri cõmẽtarii deducuntur Cice.de finibus lib.iii. Tu ipſe cum tantũ librorum hẽas:quos hic tandẽ requiris commentarios:quoſdã inquã ariſtotelicos.Ponit ẽt ab auctoribus cõmentarius in ſingulari & maſculino ac neutro l plurali ĩ alia ſignificatiõe:hoc ẽ ꝓ expoſitiõe & interpretatione auctorũ:ut Au.gellius:eſt adeo inquit Probi grãmatici cõmentarius ſatis curioſe factus:& iteꝝ.Nõnulli grãmatici q cõmẽtaria ĩ Virg. cõpoſuerũt:iteꝝquoq́ noſter Taurus ĩ primo cõmentarioꝝ quos in gorgiã Platõis cõpoſuit ſcriptũ reliq̃t.Quidã ẽt talia huiuſmodi opa cõmentũ uocauerũt:ut Nigidius Donatus Priſcianus:aliiq́ nõ nulli.Seruius uero cõmentarios ẽt ꝓ hoibus accepiſſe uidet:eum inq̃t georgi.primũ ſupfluã mouẽt quæſtionẽ cõmẽtarii:hoc ẽ qui cõmenta ediderũt. Cõmeatus a ſimul eundo dr.& ĩ utroq́ numero ꝓ cibariis ad alimoniã reipu.aut exercitus:aut alicuius multitudinis accipit.Interdũ ẽt priuati:ut Cicero ꝓ lege mãilia.Iam cõmeatu & priuato & publico ꝓhibemur.Cõperit ẽt ipſum.m.finiens ſyllabã ãte.d.in oĩbus ſcripturis & ſculpturis antiq̃s ut iam diu:iãdudũ:qd ex iã & dudũ:quæ duo paruũ tpis deſignãt cõponit.& d paruo tpe unius horæ aut ſemihoræ aut duaꝝ triumue:aut quattuor eẽ horarũ certe breuiſſimi tpis dicit:ut Virgi.ĩ initio quarti:At regina graui iamdudũ ſaucia cura:& alibi in eodẽ libro.Talia dicenti iãdudũ auerſa tuet:hoc eſt a pauco tempore citra.Quod ſane ad pteritũ tps referri põt:& futurũ.Ad preteritũ quidẽ:ut Virgi.li. æneidos primo de Aenea & achate inq̃t:Iamdudũ erũpere nubẽ ardebãt.Nõ.n.ꝑ multũ tpis id cupierant:cũ nec per horã ibidem ſteriſſent:ſed certe per tps aliquod anteq̃ id dicerent:quare expoſuit Seruius.i.olim.Ad futurũ uero refertur:ut idem oſtendit Virgi.lib.ſecundo de Sinone cũ ait.Quidue moror ſi omnis uno ordie habetis achiuos.Idq́ audire ſat eſt:iamdudum ſumite poenas.i.cito:ut expo nit.Seruius.Et hæ ſunt proprie ſignificationes eius dictiõis.ſ.ut idẽ in præteritũ uel futurũ nõ trãſgrediant.Veꝝ ĩproprie & raro ab aliq̃bus auctoribus ꝓ eo qd proprie ẽ iampridẽ:aut iam olim poſitum comperimus:ut Macrobius ĩ ſaturnalibus.Iamdudũ ĩquit hæc q̃ſtio ab Ariſtotele & ꝓpoſita eſt & ſoluta:cũ dicer debuiſſet iampridem:aut potius iam olim.Plini.etiã libro.xxiii.naturalis hiſto.ſic inq̃t. Somno uero aut ſecuritatibus iãdudum hoc fuit quod illa Helena ante cibũ miniſtrauit.Sed quia in huiuſcemodi aduerbiis differentias tẽpoꝝ deſignãtibus difficultas nõnunq̃ eſſe uidet:decreui illa per ordinẽ explanare.Et a dudũ ĩcipiens comperimus illud eandẽ prorſus cum iamdudum ſignificationẽ detinere.Ita ut nec diẽ proprie tranſcendat.Vt dudum intraui:dudũ te expecto.i.hora aut ſemihora eſt uel duæ uel tres uel ut multũ quattuor ex quo ĩtraui:& ex quo te expecto.Improprie uero diem ac dies tranſcendere nõnunq̃ ab auctoribus ponitur. Plinius lib.xviiii.natura.hiſto.Iamdudũ ĩquit ex eadem Hiſpania Zœliton uenit ĩ Italiã plagis utiliſſimũ.Liuius libro.xii.in eo ĩquit captiuorum numero fabri:q dudũ fuerũt aſſueti apd poenos mihi crede opus in arce lacenoꝝ fecere nuper:quaſi nõ lõgo tpe a nũc dicit.Ita tamen ut nõ ad præſentem diem hoc eſt preſens tps referamus:ſed ad præteritos nõ mõ dies:ſed aliquãdo menſes & ẽt annos:quos pro cõditiõe materiæ cõplectit:ut nuper inuẽta eſt pixis:quã ſideritẽ appellent.i.non multo tpe ab hinc. Cice:de diuinatione.Neq́ ante philoſophiã patefactã q̃ nuper inuenta.Idẽ de amicitia.Neq́ enim aſſentior iis q nuper hæc diſſerere cœperunt cum corporibus ſimul aĩas interire:atq́ omnia morte deleri.Significat ẽt iterdum nuper nõ longo tpe a tũc: ut Curtius.Qui nuper ab Alexandro miſſi erant Liui.tunc inquit hæc ipſa indignitas augebat animos non retinendis modo publicis agris:quos ut teneres ptinacẽ nobilitatẽ hẽbat.Sed ne uacuũ quidem agrũ nup ex hoſtibus captũ diuidere.Pridem hoc ẽ nõ lõgo tẽpore prius a nũc:& idẽ quod nup ſignificat.Plinius libro.xvii.naturalis hi.Ipſi uero pridem uidimus ea ferme oĩa præter pubertatẽ ĩ filio Cornelii Taciti eq̃tis romani.Similiter Paulus iuriſconſultus.Et non eſt mirũ ſi peculium quoq́ defuncti pridẽ filii defertur pr̃i.Vlpianus quæritur ĩquit cũ

ordinem tenere:quē pridem habuit.Ponitur ēt pri
dem ſæpe cum negatione & cū q̄ & cum ita:Cū ne/
gatione quidē ut Plinius li.xv.Medica non pridem
uenere in Italiá.Cū.q̄.uero ut Ci.pro Roſcio:Co/
medo q̄pridem Fánii in aduerſaria detuliſti.Cū ita
āt ut idē in Bruto cū ait.Fuit.n. regnante iam græ/
cia:noſtra āt ciuitate non ita pridē dominatu regio
liberata:pridie.i. prius die. hoc ē quaſi hæri:non ta
mē p̄ſentia diei:ſed cuiuſdā alterius:aut p̄teriti aut
futuri:Præterriti quidē:ut pridie q̄ intrarē mare ſe/
rena lux fulſit.Futuri uero:ut pridie q̄ intres patriá
ſacrificium facito.i.die p̄cedenti quo aut mare itra
ſti:aut patriá itrabis.uel cū gēitiuo ſic:pridie illiusdi
ei quo hæc feci:aut faciá.Vnde cum non dicamus
ſecundocalendas:ſecundo nonas:ſecūdo idus:dici/
mus pridie calendas.pridie nonas:pridie idus.i.die
p̄cedenti quo erunt uel fuerunt calendæ nonæ aut
idus.Verū ex pridie fit pridiáus:pro quo heſternus
abutimur.Suetonius pluribus in locis.Vnde i uita
Tiberii ſolemnibus ipſe cœnis:pridiana ſæpe & ſe/
meſa obſonia p̄buit.Idē in uita Caii marcēte inquit
adhuc ſtōacho pridiani tibi poſtridie:quaſi poſtero
die dicit̄:hoc eſt quaſi cras nō p̄ſentis diei:ſed cuiuſ/
dá alterius aut p̄teriti:aut futuri:ut poſtridie q̄ pa/
ter mortē obiit:epulum feci:aut poſtridie q̄ morief
faciam.i.poſtero:ſiue ſeq̄nti die cum morietur. Ali/
quando ſine q̄ ponitur:ut Terentius ī andria:Venit
ad me Chremes poſtridie clamitās:ſupple illius di/
ei quo hæc geſta ſunt. At ex poſt pridie nō fit poſtri
dianus aut ī uſu nō eſt:ſed pro eo abutimur craſti/
nus nudiuſtertius idē eſt quod nūc die tertio.i.p̄te/
rito: & die ſupiore adhuc dicius nudiuſquartus.i.
nūc die quarto.Nō āt dicimus nudius ſecūdus:quia
magis proprium de p̄terito habemus heri & de fu/
turo cras. At dehinc p̄ximo perendie dicimus.Ci/
cero ad Atticū li.xii.ſcies igitur cras: ad ſumū pen/
die.Vt dies pendinus dies adhuc tertius. Cæſar in
cōmentariis:Qui ſi patre liceat pendino die cū pro
ximis hibernis cōiuncti cū reliquis caſū belli ſuſti/
neāt.Et cōperendinare eſt differre in lōgū de die in
diem.Indies idem qđ quotidie dicitur:ſed proprie
cū quodā incremento.Ideoq̧ plærūq̧ cum compa/
ratiuo ponitur: ut cū dies malum arctius preme/
ret.& cū in urbe īfinitū malū ſerperet.Idq̧ mane/
ret īdies latius.Ponitur ēt ſine comparatiuo:ſed cū
uerbo ſignificante incrementū:ut Liuius:Creſcen/
te indies multitudine.Indiem uero idē qđ ī præſen
tia tp̄is ſignificat:ut Quint. Non ut uere uolucres
præſentis modo cibi memores indiē uiuūt.Prope/
diem eſt quaſi prope eſt dies q̄do hoc fiet. Vnde &
propemodū eſt quaſi prope menſurá:quod accipi/
tur pro pene ſiue prope cū eſt aduerbium. Finit ēt
ſecundū aliquos ipſum.m.quādoq̧ ſyllabá ſequen
te.l.ut quemlibet quanlibet.Quin & ſequente.s.ut
circumſpicuus:quia a circū & aſpitio componitur:
& is dicitur qui circum aſpicitur.Circūſpectus ue/
ro eſt qui circūſpicit:& in oēm partem ſpectat.Ve/
rum ſequente.q.non præcedit.m.ut plærīq̧ dicūt
grammatici:ſed conuertitur in.n.ut nanq̧ quanq̧
& ſimilia.At ſequente.n.nō poteſt.m.præcedentē
ſyllabā terminare.ſed ubicunq̧.m.ante.n.ī eadem
dictione componitur ſemper in eadem ſyllaba ma/
net:ut amnis erumna Ramnes:quēadmodum ſu/
pra uidimus: Item nec ſequēte.r.pōt.m. præcedētē
ſyllabā terminare niſi.p. interponatur: ut ſumptus
promptus comptus contemptus: licet cōtemnere
ubi non eſt.r. ipſum.p.non eſt.c.ſuſcipiat.

De ſyllabis deſinentibus in.n.

N.n.uero terminari poteſt antecedens ſylla
ba: ſi ſequens incipit.a.c.uel.d.uel .f.uel.g.
uel altera.n.uel.q.uel utq̧buſdā placet.r.uel
s.uel.t.uel.i.uel.u.cōſonātibus.uel.x. Ante.c.igit̄ ut
cōcilium:& uerbū cōcilior:unde dicimus concilior
regi:ſi illi ignotus in eius gratiam uenis.Reconcili/
or autem regi ſi qua d̄ cā is mihi iratus depoſita ira
me rurſus recipiat in gratiam.Concinus:mancus:
concors qui a coniunctione cordis dicitur. Sancire
quod teſte Seruio in.xii.æneí. proprie eſt ſanctum
aliquid.i.conſecratum facere ſub ſanguine hoſtiæ.
Vnde dictum ait ſanctū:quaſi ſanguine cōſecratū.
At ſanctio p̄prie eſt lex cū terrore pœnæ:ut Vlpia/
nus de diuiſione rerū:& qualitare dicimus ſancta:
quæ neq̧ ſacra neq̧ p̄fana ſūt:ſed ſanctiōe q̄dá cō/
firmata:ut leges ſanctæ ſunt: ſanctiōe.n.quadá ſūt
ſubnixe. Quod ſanctiōe quadam ſubnixum eſt id
ſanctum eſt.& ſi deo non ſit conſecratum.& inter/
dum ſanctionibus addicūtur:ut qui ibi aliquid cō/
miſit capite puniatur.Concio cum.c.in penultima
ſcribitur.Nam ex con & cio quartæ coniugationis
uerbo componitur:& deducitur:quod idem ſigni/
ficat:quod cieo ſecundæ:hoc eſt moueo:& uoco:&
idem uerbū concio:quaſi conuoco: & nomen ip̄m
concio:quæ populi eſt multitudo cōuocata:uel ex
magiſtratus iuſſu uel publici ſacerdotis:uel ſua in/
terdū auctoritate.Et p̄prie ad audiendum oratorē
concionantem ī bonum publicum:cuius ēt oratio
congio uocatur.Incedo & inde inceſſus ſimili mo/
do habētur:& ab ſublimiores quodā modo ſpecta/
re uidentur:& qui præ ſe faſtū ferunt.Virgi.li.æneí
dos primo:Regina ad templum magna ſtipante ca
terua iceſſit.Idē ī eodē.Et uera iceſſu patuit dea. In
cola ſimiliter cum.n.ante.c.ſcribitur & is eſt:qui in
alterius regione habitat & ī aliena ciuitate.& repu.
Cicero de officiis:Peregrini inq̄t & incolæ officium
eſt nihil p̄ter ſuum negociū agere:nec etiam in alie/
na repu.curioſum. Cunctus ſimiliter cū.c.poſt.n.
& ante.t.ſcriptū in antiquiſſimis īſcriptionibus cō/
peri:ut in marmore quod eſt in eccleſia Michaellis
archangeli in uaticano in epitaphio Homoneæ ha/
betur quam Pallas cunctis artibus erudiit. Ante.d.
finit ēt ſyllabam.n.ut conduco: & inde conductus.
Atq̧ coducticius is dicitur:qui conductus eſt. Nō/
dū quod per.o.in prima ſcribitur. Indicium quod
& per.c.ſcribitur:ſicut iudiciū.Mando ſimiliter:qđ
duplicē habet coniugationem.Nam cum ad man/
datum attince mandas facit:cū uero ad dentes man
dis.Conditio per.t.abſq̧.c.ſcribitur in penultima:
& tunc proprie fortuna ac fors eſt.Nā a condo.dis.
conditum cōditi adita.o.formatur:ut ego ſum po/
ſitus in hac cōditione.i.fortuna ac forte.Cice.O mi
ſeram conditionē adminiſtrandi conſulatus. Nam
homo bonæ conditionis nō is apud antiquos dici/
tur:qui manſuetus eſt:& bonæ naturæ.Cū illū uo/
carent antiq manſueti & boni igenii: nos manſueti

animi mãſuetæq; mẽtis:ſed potius q̃ in bona fortuna eſt:& forte. Aliq̃do uero ſcribitur cũ.ct.in penultima:& tunc ex con & dico cõponitur:& pactionẽ ſignificat ac electionem:ut apud Teren. Amatores Chriſidis tulerunt mulieri condictionẽ.ſi uellet eis morẽ gerere:ſe daturos illi p̃cium liberalẽq; mercedẽ.Ipſa uero accæpit condictionẽ: hoc eſt pactioni promiſſiõiq; aſſenſit. Rubicundus teſte Priſciano in.iiii.alternitatis cã cũ.c.pro.b.ĩ penultima ſyllaba ſcribiť:ne ſit abſonum:ſi rubicundus dicamus. Nã huiuſcemodi nomina oĩa p̃ter hoc in bundus deſinũt.Et quanq̃ ille ſecutus Scaurũ antiquũ grãmaticũ & ſeruiũ in.x.æneí.uoluerunt ea ex ſimilitudine etimologiã trahere.Ita in uitabundus ſimilis ſit uitanti:p̃dabundus ſimilis p̃danti:moribundus ſimilis morienti:errabũdus ſimilis erranti:furibũdus ſimilis furẽti. Tum firmior & certior eſt Gellii ſnĩa una cũ ea Caſelli in cõmẽtario lectionũ ãtiquarum ubi ſcripſit ridibũdus idem quod ridens:ludibundus idẽ quod ludens:errabundus idẽ quod errans: rubicundus idẽ quod rubens.Sed nõnunq̃ ut Gellius ait uehementiã ſignificant:quod idem eſt: ac ſi diceret idẽ ſignificant:q; participia frequẽtatiuorũ: ut riſitans:luſitans:erratitãs:populatitãs: rubentiãs quæ q̃a non reperimus in bundus eorũ loco ſuffecta ſunt.Repetundarũ ẽt.n.ante.d.cõtinet. unde repetundarũ accuſatus:& de pecuniis repetũdis non habet alios caſus:ille diciť:qui cũm magiſtratus eẽt prouĩcialibus aut ui aut dolo eripuit pecunias:quo nomine oĩa quibus diuitiæ conſtant contineri dicimus:ut uaſa præcioſa:ueſtẽ:frumentũ:nauigia: nũmos:& cum a repeto deſcẽdant dubitari põt: quare non cũ.e.ĩ ante penultima:ſed per.u.potius ſcribitur & profertur. Ad quod dicius mutatũ fuiſſe.e.in.u.quia id tertia cõiugatio præter cæteras patiť: Vel ob hoc ſaltẽ ut differret ab illo:qđ dicitur miſſi ſunt legati ad res repetẽdas:quo ſignificať principi uel populo erepta eſſe:uel pecorum uel hoĩum uel locorũ ac terrarũ agrorumue corpora. Expẽdo ſimiliter.n.habet ante.d.& a pendo compoſitum ẽ ſignificatq; exacte ponderare atq; examinare. Cicero in Verrẽ libro quinto.Deinde hæc expedite atq; æſtimate. Idẽ officiorũ libro primo.Quæ contẽplãtes expendere oportebit q̃d quiſq; habeat ſua eadẽque moderari: nec uelle experiri:q̃ ſe aliena deceãt. Iuuenalis in ſatyra:Oĩbus in terris inquit: Expende Hannibalẽ:quod libras in duce ſummo inuenies.Perpendo eodẽ modo cõponiť: & idẽ ſignificat hoc eſt exacte pondero:atq; examino. Non tamen ũt aliqui uolũt intelligo & animaduerto. Cicero. Quid in amicitia fieri oportet:quæ tota uirtute p̃penditur. At apendo quod ſimiliter ſcribiť:ueteres paſſum cũ duplicato.ſ.& non panſum cũ.n. ante unicũ.s.deduxerũt.Vnde capillo quoq; paſſo muliere diciť:q̃ſi porrecto & ſparſo:& paſſis manibus & uellis paſſis dicimus:quod ſignificat diductis atq; diſtentis.Quin & cũ p̃poſitione expaſſum nõ expãſum ut aliq̃ dixere.Cecilius ut refert Gellius.xv. noctiũ attica.inquit:Heri uero proſpexiſſe cũ ſe ex tegulis hæc nũciaſſet:flãmeum expaſſum domi p̃tulerũt.Etiã nõnunq̃.a.littera ante.s. mutata p̃ cõpoſiti uocabuli morem:ac pro eo quod eſt diſpaſſis dixerunt diſpeſſis.Plautus in militie glorioſo.Credo ego iſtoc exẽplo tibi eſſe eũdẽ extra portã diſpeſſis manibus patibulũ habebis.Indoles ſimiliter ſcribitur:& p̃prie ĩ pueris & adoloſcentibus ſignificatio ẽ futuræ uirtutis.Quintilianus:In primis annis laudatur indoles.Cice.ut.n.adoleſcentibus bona indole p̃ditis ſapientes ſenes delectantur.Nõnunq̃ uero pro p̃ſtantia uirtutis accipitur. Vt Liuius de Lauinia iã matre:& poſt mortẽ Aenæ res adminiſtrante inq̃t:Tanta in ea uirtutis indoles fuit.Lucanus:Indole ſi dignũ latia:ſi ſanguine priſco.Robur ieſt ais Indole dixit quaſi generoſitate q̃dã uirtutis atq; animi.Verũ Liuius & ad malã quoq; partẽ & ad muta atq; inanimata indolẽ tranſfert.Nam loq̃ns de hãnibale ſic ait:Cũ hac indole uirtutũ ac uiciorũ triennio ſub Haſtrubale imperatore meruit.Et alibi:ſicut ĩ frugibus pecudibuſq; nõ tantũ ſæmina ad ſeruandã indolẽ ualent:q̃tum terræ proprietas cæliq; ſub quo aluntť.Indico ex in & dico cõponiť: & proprie eſt denuncio:ut indictum eſt bellũ.Indixit Romulus ſpectaculũ Liuius in primo.Indici deinde ſinitimis ſpectaculũ iubet.Iterum indixit in poſterũ diem ut adeſſent.Idem & iudiciũ indictum. Poteſt ẽt.n.ſyllabã ante.f.terminare: ut cõfore.i. collaturũ eſſe:quid q; & pro fore apud comicos eſt in uſu.Similiter conflo cũ.n.ant.f.ſcribitur & dicimus cõflaui æs alienũ quin factus ſum debitor alienæ pecuniæ.Idem contraxi æs alienum q̃bus correſpondẽt diſſolui æs alienũ.Quinti.Non ego æs alienũ luxuria contraxi.Cice.patri perſuaſi ut æs alienum filii diſſolueret.Inſula ſimiliter.n.ante.f.& eſt teſte Seruio ſuper.x.æneí.faſcia in modũ diadematis: a q̃ uittæ ab utraq; parte depẽdẽt:quæ ut ait plætũq; tortilis eſt:& de albo & croceo.ante.g. ſimiliter põt.n. ſyllabam terminare:ut fungor:q̃d cũ ablatiuo nõnunquã cum accuſatiuo conſtruitur: & idẽ eſt qđ officium munuſq; ago:& fungor magiſtratu:fungor p̃tura:fungor legatione:fungor officio delegati:fungor munere iudicis.Similiter fungor uita:q̃a fungor officio uitæ.Inde defunctus q̃a finiuit officiũ uitæ.Cõſtruiť nõnunq̃ cũ accuſatiuo.ut Teren. in adel.Aeſcinus tuus neq; boni neq; liberalis functus eſt officiũ uiri.Similiter defunctus p̃iculis: q̃a finita ſunt pericula.Virg.in.iii.æneí.O tandem magnis pelagi defũcte periclis.Liui.Defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe incœpere hoc eſt finiti ſunt morbi corporũ.Ingredior ſimiliter ſcribitur: & ex in & gradior componiť:ſed diuerſa ratione. Nam uno modo ad locum ĩgredi dicimur:ut ingredior forum uel in forum.Alio modo pro eo quod ẽ ambulo & incedo:Virg.lib.geor.iiii.Cõtinuo pecoris generoſi pullus ĩ aruis.Altius ingreditur & mollia crura reponit.Cice.lib.v.ad Atticum.Si dormis expergiſcere:ſi ſtas ingredere:ſi ĩgrederis curre:ſi curris aduola.Vbi idem eſt ĩgredere quod gradi & ambulare.Mango eodem modo.n.ante.g.detinet & ẽ uenalitius uenalium hoĩum:ut Martia.Milia puero centũ me mango popoſcit.Cõtingo uero & ſi in præſenti.n.habet ante.g.ĩ p̃teritis tamen p̃fectis & pluſq̃ perfectiſ & inde formatis illud perdit:ut contigi contigero contigiſſem contigiſſe.Poteſt ſimiliter.n.finire ſyllabam ante alterã.n.ut annus.& inde

anniculus:de quibus in dictione annus late uidebi/
mus.Similiter pánus & inde pánoſus:q.ſ. croſſo ac
uili páno opertus eſt.Nec hoc niſi de paupere dici/
tur:cuius exépla ſunt plurima:Bipénis cũ.i.&.n.áte
aliud.n.ſcribitur:& teſte Quint.in primo ſignificat
acutum.Vnde ſecuris utrinq͡ habés acié bipénis di
citur:& illos errare dixit:qui quia a primis duabus
hoc eſſe nomé exiſtimát pennas auium eſſe uolũt:
hoc eſt nõ ẽt pinnas. Ná ut ego in.L.Columella ui/
ro elegantiſſimo annotaui:pinnas ſp ꝑ pénis quæ
plumæ non ſunt accipit.Vnde puto pénas generale
ad pinnas & plumas eſſe.Verũ cũ hoc tpe plærique
penna ſcribant a penna pennariũ:hoc eſt pénaꝝ the
cam deducere poſſumus.At pennariũ cũ unico.n.
ſcriptũ locus eſt teſte Varrone de lingua latina ubi
reponitur penus:hoc eſt edulia ad uictũ ptinentia.
Vnde ait.Cic.i libris de natura deoꝝ:Penus eſt om
ne quo ueſcunť hoies.Et oia hæc abſq͡ diphthõgo
ſcribuntur.Similiter penis cũ unico.n.ſcribiť:& eſt
mentula:dictus a pendendo uel penetrando:licet
penis habeat primá lõgá.Ante.q.poteſt.n.ẽt ſylla/
bá finire:ut iquito conquiro inquilinus:q ab i & co
lo cõponitur & deriuatur.Et is accipitur qui in alie
no priuato ꝓprie tamen conducto habitat:ſiue in
urbe ſiue ruri.Cice.in philip.At uero te inqlino nõ
domino pſonabát oia uocibus ebrioꝝ.Plærunq͡ ſi
mulier cũ.n.ante.q.ut auctores grámaticæ uolunt
ſcribi debet.Immo ſequente.q.ut diximus ubi áte
cõpoſitioné in pcedéti ſyllaba fuiſſet.m.conuertũt
illud in.n.ut nanq͡ quamq͡ & ſimilia:& deſcendit
plærũq͡ a plæriq͡.Sane plæriq͡ dupliciter apud au/
ctores accipitur.Vno mõ ꝓ maxima pars:ut Salu/
ſtius in diuiſione iquit orbis terræ plæriq͡ in parte
tertia Aphricá poſuere:pauci tãtũmõ Aſiá & Euro
pá:& paulopoſt.Plæroſq͡ ſenectus diſſoluit:niſi q
ferro aut beſtiis iteriere.Nam morbus haud ſæpe
quenq̃ ſupat.Alio uero mõ pro eo quod eſt nõnul/
li poniť:ut Quit.uideas inqt plæroſq͡ ira percitos
.i.nõnullos.Simili mõ plærũq͡ uno mõ ponitur ꝑ
eo quod fere eſt ſp.Alio uero mõ:ſed rariſſime pro
eo quod eſt nõnunq̃:ut Quint.in amatore:Excuſ/
ſa ſunt plærũq͡ uitia uerberibus.i.nõnunq̃:& ut q/
dá uolunt eſt aduerbiũ:ut uero alii eſt nomen.An/
te.r.uero.n.ipſũ poſſe ſyllabá terminare quidá uo/
lunt:ut inrũpo iruo:Aliis magis uidetur.n.in.r.cõ/
uerti ac dici irrumpo irruo:& inde irrito qđ uno
mõ hoc eſt cũ penultimá producit:idé eſt quod ꝑ
uoco.Alio mõ uidelicet cum illá corripit:idé eſt q
nõ ratũ eſſe oſtẽdo:uel uolo corrigo:corruo.Qué
modum græci ipſi obſeruant:ut ϛυρραπτω.i.cõſuo.
Nam ex ϛυν quod eſt con:& ραπτω:quod eſt ſuo
cõponitur.συρρηγνυμαι.i.confundo:quod ſimili
mõ componitur:& in mile aliis.Ante.s.ãt abſq͡ ali
qua contradictione ipſum.n.pcedenté ſyllabá ter/
minare ualet:ut conſul a conſulẽdo:de quo late Põ
ponius de origine iuris.Et inde conſularis is diciť:
qui cõſulatũ geſſit.Et pro cõſul:q cũ ptáte conſula/
ri extra ordiné ad aliquam prouinciá adminiſtrá/
dam mittitur pter quam quod nõ.xii.faſces eum p
cedũt:qui præcedũt cõſulem:ſed tãtũ ſex:ut ẽt præ
torem & pſidem.Nam nõ is eſt ut quidá inſcii di/
cũt qui pro alio cõſule præeſt ꝓuinciæ.Simili mõ ꝓ
prætor:nõ qui pro alio pturam:ſed qui ex ordina/
riá gerit.Idem proquæſtor & ſimiles.Cõſiliũ uero
ſine.c.poſt.s.ſcribitur.Nam cõponitur ex con & ſi
leo.Conſeſſus eodé mõ.n.ante.s.ſyllabá finit.Neq͡
eſt cõſeſſio:ſed hoies uno in loco ſedentes:ſicut con
uẽtus non eſt conuentio:ſed hoies qui in unum lo
cum cõuenerũt.Inſtar ſimili mõ ſe habet.Et ut ait
Seruius ſimilitudinem indicat:Inducit Virgi.libro
æne.ii.Inſtar mõtis equũ diuina palladis arte.No/
bis uero potius ad equiperationé uel ad mẽſurá ſi/
gnificare uidetur:ut idem libro.iii.Argolici clypei
aut phœbeæ lampadis inſtar.Cice.hexametroꝝ in
ſtar uerſuũ.Inſtitutũ ſimiliter ſe hẽt:& ab in & ſta/
tuo cõponitur motemq͡ deſignat:ut faciá meo inſti
tuto:licet nõnunq̃ ſignificet incæptũ propoſitũ ab
inſtituo quod eſt incipio.At inſtitutiones pceptio
nes ſunt:qbus inſtituuntur & docentur hoies:ut li/
bri a Quintiliano a Lactantio aliiſq͡ auctoribus de
inſtitutiõe iſcripti ſunt ſimiliter cõſpiro a ſpiro cõ/
poniť.Nec actiuũ eſt:ſed neutrũ unde neq͡ conſpi/
ror deponés cõperiť.Quare nec cõſpiratus aliqs di
ci debet:ſed cõſpirans.Simili mõ a monſtro mon/
ſtras qđ ſemp cũ.n.ante.s.ſcribiť.Monſtrũ & mon
ſtroſus ſimiliter cũ.n.ante.s.&.o.abſq͡.u.i penulti/
ma ſcribiť:qđ Luca.in primo ex ipſa natura uerſus
ſic ſcribendũ eſſe cõprobat cũ ait Monſtroſiq͡ ho/
minũ partus.Verũ plæriq͡ iterponunt.u.& ſcribũt
mõſtruoſus:quod latinum non eſt.Sicut e diuerſo
plæriq͡ ſcribunt fœtoſus:ut illud in pſalmis:Oues
eoꝝ fœtoſæ:ꝑ fœtuoſæ.Nam ſic quoq͡ legendum
eſt.Quoniá dictiones quæ quartæ ſunt declinatio/
nis retinent.u.ante oſus:ut actuoſus fructuoſus lu/
ctuoſus q̃ſtuoſus ſumptuoſus.In ſecũda uero mini
me:ut ramoſus doloſus laceroſus petroſus.Atq͡ ut
in maſculinis ita i neutris:ut lutoſus cœnoſus dam
noſus lucroſus uitioſus portẽtoſus.Pli.de naturali
hiſto.Vniuerſa aũt q̃ de Hercule ac Pyrene uel Sa/
turno traduntur:fabuloſa in primis arbitror & por/
tendimus conuenire uidentur. Vt illud primũ.Quod omnis dictio græca quæ latinæ trãſcribitur nunquã per.f.ubi opportũe cadere poſſet:ſed ſemper.ph.aſpiratũ eſt ſcribenda: cuius rationem iam ſupra oſtendimus quia antiquã noſtram ſcripturam ĩ dictionibus græcis:quæ per.ph. ſecundũ illorũ cõſuetudinẽ anteq̃.φ. litteram adinuenirent etiam poſtq̃ accæpimus.f.in ea præpoſitione quam habemus obſeruare tenemur.ut cum de ea littera tractaremus oſtẽdimus. Excipiũtꝰ aliqua:quæ & ſi abſq; dubitatione græca ſunt ex inueterata tamen conſuetudine potius per ipſũ.f q̃.ph. ſcribi conſueuerunt:ut fama:fugo:forũ:fucus:fero:fur:furtum. Nam de fure & furto ſic paulus iuriſconſultus in titulo de furtis rettulit: furtũ ĩquit a furuo ideſt a nigro dictum Labeo ait:quod clam & obſcure fiat:& plerũq; in nocte:uel a fraude ut ſabinus ait:uel a ferendo ideſt auferendo:uel a græco ſermone: quod φορ appellant:immo ut ait & græci a ferendo φορ dixerunt. Verũ teſte priſciano in octauo:ſum:fero: uolo & edo uerba anomala ſine dubio a græcis aſſumpſimus. fragus etiam teſte Seruio a φαγαιν quod eſt comedere deducitur:& tamen cum.f.ſcribitur.Quid q; a fero traxiſſe uidetur. Ouidius uocabulum forda pro boue prægnante. Cum ait libro quarto faſtorum Forda ferẽs bos ẽ fæcundaq;

dicta ferendo. At famam & fucum nonnulli antiquiſſimi etiam cum ph.ſcripſerunt.

In nulla dictione latina ſcribitur.y.græcũ & ſemper in initio dictionis illud.y.aſpiratur.

Vrſum & in nulla dictione latina.y.græcũ
x ſcribendũ eſt.Nã ut grãmatici oẽs atteſtantur:illud.y.græcũ nos tãtũmõ ob hoc ſuſcepimus:ut propriam dictionum græcarũ ſcripturarũ quas ab illis recepimus in tranſcribendo ſeruaremus.Cũ ergo ꝑ latinis dictiõibus ideſt noſtrorum habeamus:græcas litteras itermiſcere non debẽus. Et cum eiuſmodi littera in initio dictionũ a græcis ſemper aſpiret:& nos ſimili modo cũ eas dictiones tranſcribimus aſpirare debemus ut grãmatici antiqui & celebres auctores atteſtant. Vnde Papiam & alios nõnullos moderniores erraſſe conſtat: qui dictiones latinas ꝑ illud.y.græcũ etiã ſine aſpiratione principii ſcriptitatũt qđ abſq; ulla ratiõe.uel approbatorũ grãmaticorũ auctoritate ab illis factũ fuit.

T.&.c.quæ in nominatiuo dictionũ non ſunt: ſed ĩ aliis caſibus accipiũt: nõnũquã aſpirant.

D etiã ulterius proſpiciendũ eſt.Si qua ſit
a græca dictio uel latina:quæ in nominatiuo .t.careat & illud in aliis caſibus quoquomodo ſuſcipiat:nũq̃ eiuſmodi.t.apud nos aſpirat: ſed abſq; ulla aſpiratiõe a nobis trãſcribi debet:ut Adamas Adamãtis.Xenophon Xenophontis Gigas Gigantis:& inde gigantheus.Mars martis: euã euãtis cognomẽ Bacchi a uoce bacchãtiũ Ouidius in quito metamorphoſeos Et Iacchus & euã.Virgilius in ſexto æneĩ Euãtis orgia circum Licet quidã accuſatiuũ pluralẽ participii cuiuſdam ſine uerbi originẽ eſſe uelint ideſt Bacchantes & alia ſimilia oĩa quin & ſimili mõ de.c.dicẽdum ẽ:q; ſi dictio nõ habeat illud in nominatiuo & ĩ aliis caſibus ſuſcipiat: ſemper exile & nunq̃ aſpiratũ ſcribẽdũ erit:ut pharnax pharnacis lynx lyncis & ſimilia quæ ſemper apud nos non aſpiratum ſuſcipiunt.

Aſpirationes quæ ſunt apud græcos ſeruant in ſuis dictionibus apud latinos.

Mplius & hoc quoq; diligẽter obſeruar debemus:in oĩ dictione græca quæ latine ſcri
a bit:ubi apud illos ſcriptũ eſt.θ.& nos quoq; per.th.aſpiratũ ſcribere debemus.φ.& nos.ph.ubi.X.& nos per.ch.ſimili modo aſpirata ſcribere debemus.Quando uero in illis.τ.exile & ſine aſpiratiõe aut.ϖ.aut.κ ſcriptũ fuerit:& nos ſimili modo.t.&.p.&.c.ſine aliqua aſpiratione tranſſere habemus.

Nos gamma in.n.noſtrum conuertimus.

Ec illud ſane ꝑtermittendũ eſt: qđ ubicũq;
n in dictiõibus græcis apud nos ſcribitur.γ. ante aliđ.γ.uel ante.κ.uel ãte.X.qa nũq̃ ab illis eo loco ſcribitur.n.ſed ſemper ipſum gãma:ut in ea littera ſupradiximus & cũ a noſtris huiuſmodi dictiones trãſcribuntur:ſemꝑ illud.γ.i.n.cõmutari debet: ut αγγελλοσ angelus: αγκυρα ancora αγχισησ Anchiſes & ſimiles q̃s græcorum more antiquiſſimi romãoꝝ etiã cũ noſtro.g.ſcripſiſſe refert Varro ut ſupra uidimus.

De ꝓpoſitiõibus græcis q̃do apud nr̃os trãſcribũt.

p Ræter hæc autẽ cũ plures ſint græcoꝝ ꝓpoſitiones:q̃ cũ aliis dictionibus componuntur: & a nobis ſæpiſſime trãſcribũt.ĩ qbus nõ minima orthographiæ pars conſiſtere uidetur & de illis ſigillatim tractandum reſtat.

Syn præpoſitio.

Yn præpoſitio græca eſt: & cum.y. græco
ſ ſcribitur.Nec ea tantummodo: ſed quæq; ab illa componuntur per.y.græcum ſimiliter deſinantur ut ſyllaba: quæ ex ſyn & λαμβανω:quod eſt accipio componitur Syllogiſſimus ex ſyn & λογιζομαι qđ ẽ ratiocinor:Synodus ex ſyn & hodos quæ eſt uia quaſi conuentus ſit uel cœtus componitur:& innumerabilia alia.

Cata præpoſitio.

Aata ſimiliter ꝓpoſitio græca ẽ:& cũ.c.&.t.
c abſq; aſpiratiõe ſcribitur.Itaq; dictiões oẽs ab illa cõpoſitæ p.t.exile ſcribuntur:& conſeruant.a.niſi fiat impedimentum i ante habitis expreſſum:cũ de aſpiratione loqueremur: hoc eſt cũ dictio ſequens:cum qua componitur a uocali aſpirata initium ſumit.Nam tũc quoq; ut oſtendimus abiicitur.a.&.t. exile in.th. aſpiratum conuertitur Exemplum primi ſit catologus:catarrus:cataracta: cuius ultĩa cũ.ct.ſcribit:catorthoma: ubi abiicit.a.ꝑꝑ ſequẽtis dictiõis uocalẽ: cũ qua cõponitur:&.t. ipm exile conſeruat:qa uocalis illa minime eſt aſpirata & in penultima cũ.th.aſpirato ſcribit: quia ab αρθοσ quod eſt rectus deriuat quo uocabulo utit Cicero li.primo de officiis dicens.Rectũ opinor uocemus:quod catorthoma græci uocãt. At ſi uocalis cum qua componit aſpiretur:non ſolũ ab ea ꝓpoſitiõe abiicit.a.ſed ut præfato loco oſtẽdimus.t. exile in.th.aſpiratũ conuertit:ut catholicus: quæ ꝑ .th.aſpiratum ſcribitur:quia ea præpoſitio cata cõponitur cum holon aſpirato quod apud nos dicit totum aut uniuerſale.Similiter cathedra cum.th. aſpirato ſcribit:& ex cata præpoſitione & hedra q̃ eſt ſella componit.quare ſecundum ea q̃ ſupra diximus cum.th.aſpirato & ſimilia deſignatur.

Meta præpoſitio

Eta ſimiliter præpoſitio græca ẽ:& cũ.t.exi
m li.ẽt in cõpoſitiõe aliaꝝ dictionũ ſcribit:i qbus &.a.quoq; cõſeruat:niſi præfata ſint Impedimenta ut metauola:quæ commutationẽ apud nos dicit.Metamorphoſis quæ tranſfigurationem: metaphora quæ tranſlationem & ſimilia. At cum th.aſpirato ſcribitur methodus:quæ ex hodos aſpirato componitur. Et conuenientiſſimo uocabulo a clariſſimis auctoribus traducit uia dum pro ratione accipitur. Sic Cornelius Celſus libro primo de arte medicinæ:methodum apud nos ſignificare dixit. Vnde Vir.li.geor.primo. Ignaroſq; uiæ mecũ miſeratus agreſtes.i.rationes.Et in.xi.æneidos. Et ſi qua uiam dederit fortuna latino.i.rationem.

Epi præpoſitio.

Pi præpoſitio etiam græca eſt:& cum.p.nõ
e aſpirato &.i.latino ſcribit.Vnde oẽs dictiones ab illa compoſitæ ſimili mõ ſcribunt niſi ut ſupra diximus ĩpediãtur: ut epitaphium:quæ cum.t.exili ſcribitur:epilogus:quæ apud nos peroratio:dicitur:epigramma quæ ĩſcriptio: Epiſcopus etiam cum.c.nõ aſpirato qui inſpector dicitur. Epitheton quæ in penultima cum .th.aſpirato:& in ul

tima cũ.t.exili ſcribitur:apud nos Quintiliano te/
ſte dicitur appoſitũ alli adiectiuũ. Epitagma. quod
triburum ſignificat quo uocabulo comici quidem
antiquiſſimi ut refert Panthenius utebantur. At
uero quandoq perdit.i.& remanet.p.exile quũ ſci
licet a uocali dictio cum qua componitur: initium
ſumit:& nõ aſpiratur:ut epodos:epados q̃ ex epi p̃/
poſitione:& ωΔñ qui eſt cantus componitur. nam
genus eſt carminis quod ad lyram cãtabaẽ.Martia.
in.xi.ſcribebamus epo:cæpiſti ſcribere ceſſi:Aemu/
la ne ſtarent carmina noſtra tuis. Quandoque au/
tem aſpiratur ipſum.p.& abiicitur.i.quãdo ſcilicet
cum dictione a uocali aſpirata initium habente cõ
ponitẽ:ut epheus qui a noſtris pubes ut ſupra uidi/
mus dicitur.ephorus qui componitur ex epi & ho
ro quod eſt inſpecto:quaſi ſuperinſpector.Quo uo
cabulo ſæpiſſime Cicero utitur pro quodam magi
ſtratu lacedæmoniorum.

Peri præpoſitio.

Eri præpoſitio græca eſt:& cũ.i. latino ſcri
p bitẽ:quod ẽt in compoſitione cõſeruat. Nec
per cõſequentiam aſpirate uocalis ipſum.i.
quoquomodo perdit: ut periodus.i.circuitus uel
anfractus.Nanq componitur ex peri quod eſt cir
cũ: & hodos aſpiratio qđ ẽ uia.Pericles nomẽ fuit
clariſſimi atheniẽſis: de quo ĩ ſua dictiõe uidebius
& cõpõitẽ ex peri:& cleos.q̃ ẽ gloria & aliæ ſimiles.

Apo præpoſitio.

Po græca ſimiliter præpoſitio diciẽ:&cũ.p.
a ſine aſpiratione ſcribiẽ Vnde oẽs dictiones
compoſitæ ab apo per.p. non aſpiratũ ſcri
buntur &.o.uocalẽ cõſeruant:niſi impedimentum
ſuperius expreſſum ĩteruenĩat:ut apodixis:quæ de
monſtratio a noſtris diciẽ. Apocalypſis quæ cũ.c.
exili &.y.græco in penultima atq .i.latino ĩ ultima
ſcribiẽ:apud noſtros reuelatio interpretaẽ. Apoco
pa ſimiliter cũ.e.nõ aſpirato:& latie abſciſſio diciẽ.
Apocryphus cũ.c.exili ſimiliter &.y. græco ſcribiẽ
apud nos abſconſus diciẽ. Apologia reſponſio ſeu
ſatiſfacio.Et ſimilia in quibus apo præpoſitio inte
gra remanet &.p.ipſum abſq aſpiratione ſeruaẽ.
Sed aſpiratur nõnunq̃ per modũ ſupra expoſitũ &
perdit.o.ut aphoria:ex apo & horia componitur:
antiqui quidam noſtri pro ſterilitate accæperunt.

Hyper præpoſitio.

Yper græca ſimiliter præpoſitio habetur:
h & cum.y.græco atq aſpirato ſcribiẽ. Vñ di
ctiones oẽs cum illa compoſitæ.per.y.græ/
cum & aſpiratum ſcribuntur: quin &.p. exile ſem
per cõſeruãt ut Hyperbole ſupereminẽs ſiue exceſ/
ſiuũ.Hypborei hoc ẽ ultra boreã ďgẽtes &:ſimiles.

Hypo præpoſitio.

Ypo eodem modo græca eſt præpoſitio:&
h cũ.y.græco aſpirato atq.p.exili ſcribitur.
Vnde omnes dictiões cum illa compoſitæ
ẽt per ipſum.y.græcũ & aſpiratũ ſcribunẽ: quin &
.p.exile atq.o. litterã cõſeruant: niſi ſuprapoſitum
fiat impedimentũ: ut hypotheſis:cuius penultima
ch.aſpirato ſcribitur:& eſt argumentum ſiue mate
ria. Hypocriſis cum.c.ſine aſpiratiõe:& ĩ ultima ac
penultima cũ.i.latino ſcribitur:dici poteſt a noſtris
diſſimulatio:ut ſuo loco uidebimus.hypotheca cu
ius penultima cum.th.aſpirato ſcribitur:& eſt obli
gatio quædã. Abiicit ẽt aliquando.o.&.p.aſpirat:ut
hyphen.i.ſubunio qua ſane dictiõe latini quidã uſi
ſũt.Nãq cõpõitẽ ex hypo p̃poſitiõe:& hen qđ ẽ unũ.

Anti præpoſitio.

Nti præpoſitio alia ex græcis cũ.t.exili & .i.
a latino ſcribiẽ:& in cõpoſitiõe litteraturã ſer
uat:niſi prænominatũ fiat ĩpedimentũ: ut
antidotum antitheſis cuius penultima p.th. aſpira
tum ſcribiẽ: & dici poteſt:a noſtris obiectus:uel cõ
trapoſitio. Antipodes:qui aduerſus pedibus nobis
oponi dicuntur.Quin & aliquando abiicit.i.& aſpi
rat.t. per modum ſupradictum: ut anthypatus .i.
cõſul quo uocabulo nonnulli ex noſtris uſi fuerũt
& poſt.th.aſpiratum.y.græcum detinet.

Dia præpoſitio.

Ia ſimilter græca præpoſitio eſt:& per.i.lati
d nũ ſcribitur:quod &.a.ſemper in cõpoſitio
ne cõſeruat:ut dialogus apud nos diſpota/
tio:de quo in ſua dictiõe cũ cæteris uidebimus.Dia
logus criminator.Nãq in ſua dictione uidebimus:
deſcendit a diabolo qoud eſt criminor.

Documenta quædã particularia orthographiæ
ex qbuſdã particularibus dictionibus concæpta.

Vbſequẽter & alia quædã ſubnectemus do
ſ cumenta:quæ ex cõpoſitiõe dictionum qua
rũdam particulariũ cõcipi poſſunt: quibus
non parua orthographiæ ratio deſignari poterit.
Vt eſt illud de compoſitis.

De compoſitis ab archos.

Mnia compoſita uel deriuata ab hac dictio
o ne archos:q̃ per.ch.aſpiratũ ſcribiẽ:& apud
nos pricipẽ pricipiũq & pricipale deſignat
p.ch.aſpiratũ ſcribunẽ ad qđ ſi ſeqtur.i.ſp cũ.i.lati/
no ſcribi debet:ut Architectus. Archiepiſcopus. Ar
changelus. Hecatontarchus: ideſt centurio. Archi
damus. Archidamas:nomina uirorum propria:de
quibus meminit Plutarchus.

De compoſitis ab hippos.

Vrſus oia deriuata aut cõpoſita ab hac di/
r ctiõe hippos q apud nos equus dr̃:& cũ.i.la
tio aſpiraro & duplici.p.ſcribiẽ:eodẽ mõ cũ
.i.latio aſpirato & duplicato.p.ſcribũẽ ut Hippoda
mia quæ filia fuit Oenomai Helidis & piſæ regis:&
uxor Pelopis:ut ĩ ſua dictiõe uidebius Hippomães:
de quo ſimiliter ĩ ſua dictiõe habebiẽ. Hippocẽtau/
rus. Hippocrates. Hippolytus & alia q̃ plura de qui
bus in propriis dictionibus apparebit.

De compoſitis a poly.

Mplius & oia cõpoſita & deriuata ab ac di/
a ctiõe poly:q̃ cũ.y.græco ſcribiẽ.& apud nos
multũ deſignat:p.y.græcũ ſimiliter deſcri/
bũẽ:ut polydamas nomẽ p̃priũ troiãi qđ ex poly &
damazo qđ ẽ domito cõponiẽ.Polycrates ſimiliter
a cratos qđ ẽ robur cõponiẽ nomen ẽ uiri propriũ.
Polydorus de qbus in ſuis dictiõibus uidebimus.

De cõpoſitis ab hac dictiõe phyſis.

Imili mõ & oia cõpoſita uel deriuata uel ab
ſ hac dictiõe phyſis cuius pria p.y.græcũ ſcri
biẽ.& apđ nos naturã deſignat ſimiliter &
illa p.y.græcũ ĩ pria ſcribi đbẽt & ĩ ſeqñ.i.latinũ cõ
ſeruãt ut phyſica.i.naturalis.phyſiologus đ naturis

diſferẽs:phiſionomia naturaliũ norma & ſimilia.

De compoſitis ab dictione philos.

Terum & oĩa cõpoſita uel deriuata ab hac
s dictiõe philos & phila:quæ apd nos amo
rem indicat & p.i. latinũ atq; .ph. aſpiratũ
ſcribitur ſimiliter & ilia ſcribi debent ut Philoſo
phus philadelphia nomẽ eſt mulieris proprium.
philargiria cuius ãte penultĩa cũ.y.græco ſcribit.
Nã ex argirion.qđ apud nos eſt argentũ cõponit
& auidiias argenti ſeu auaritia trãſfert.Philippus
& ſimilia de qbus i ppriis dictiõibus oſtẽdemus.

DE CHIR.

Mplius & oĩa cõpoſita uel deriuata ab hac
a dictiõe chir:q̃ cũ.ch.aſpirato &.i.latĩo ſcri
bit:& apud nos manũ ſignificat eandẽ pr
ſus litteraturã conſeruant hoceſt cũ.ch.&.i.latino
ſcribuntur ut chirurgia ideſt manuũ opatio chiro
theca ideſt manuũ uagina cuius ẽt penultima cũ.
th.aſpirato ſcribit.Vnde & oĩa deriuata ab hac di
ctione theca cum.th.aſpirato ſcribuntur ut biblio
theca hypotheca & ſimilia.

De cõpoſitis ab hac dictione theos.

Oſſumus & in his cõpluta mõ cõſimili re
p ferre.Vt oĩa cõpoſita uel deriuata ab hac
dictione theos quæ cũ.th.aſpirato ſcribit
& deum ſignificat ſimili mõ ſcribũt ut theologia
theologus theopõpus theodorus dorotheus q ex
eiſdẽ cõponũt q̃ſi dei donũ uel donũ uel dei dicũt.

DE THEORO.

Tem & deriuata quæq; a theoro: quod eſt
i ſpeculor ſimiliter per.th.aſpiratum ſcribũ
tur ut theoria ideſt proſpectus. Theorica
ideſt ſpeculatio & ſimilia.

DE PYR.

Imiliter omnia deriuata a pyr qui eſt ignis
s per.y.græcũ ſcribũt ut pyra q̃ apđ nos dr
rogus Piranis Pirrhus .i.ruffus & ſimilia.

DE CHRYSOS.

Mplius & omnia compoſita uel deriuata
a ab hac dictione chriſos quæ apud nos di
citur aurũ per.ch. aſpiratum ſimiliter &
.y.græcum ſcribũtur ut Chriſes ſacerdos quidam
Apollinis.Chriſeis illius filiæ chriſoſtomus os au
reũ:Nã cõpoſitũ eſt cũ ſtomos quod cũ.t.exili ſcri
bit & latie dicit os & ſimilia q̃ i ſeq̃ntib; uidebi9.

DE ARGYROS.

Vrſus & omnia cõpoſita uel deriuata ab
r hac dictiõe argiros quæ p.y.græcũ ſcribi
tur & apđ nos argẽtũ denotat cũ.y. græco
ſimiliter cõſcribuntur ut philargiros.i.auidus ar
genti lithargirium.i. lapis argenteus & alia quæ
in ſequentibus apparebunt.

STHENOS

Imili mõ oĩa cõpoſita uel deriuata a ſthe
s nos quod apđ nos dicit Valẽtiã ſiue robur
cum.th.aſpirato ſcribũt ut Demoſthenes
ideſt populi robur:Antiſthenes cõtra ualẽtia Ca
liſthenes ideſt pulchritudines potentia & ſimilia.

CLEOS.

Vin & oĩa compoſita uel deriuata a cleos:
q qđ apud nos dicit gloriã cũ.c.nõ aſpirato
ſcribũt ut Cleomides.Ariſtocles:Pericles.
& alia q̃plura q̃:in ſequentibus apparrebunt.

CRATOS.

Tem compoſita oĩa uel deriuata ab hac di
i ctione cratos : quæ apud nos robur dicit:
uel impium cũ.t.&.c.exilibus ſcribuntur:
& Hippocrates medicus fuit ſummus : Menecra
tes medicus ſimiliter fuit de quo meminit Plutar
chus in dictis laconicis:Melicratum & ſimilia qui
plurima in ſequentibus uidebuntur.

ARISTOS.

Mplius & q̃q; cõpoſita uel deriuata ab hac
a dictiõe ariſtos.i.optĩus cũ.i.latĩo &.t.exili
ſcribunt:ut Ariſtoxenes:Ariſtocrates:Ari
ſtomeus:Ariſtides:Ariſtoteles : & alia fere inũera.

MACHE.

Vrſus & oĩa cõpoſita ſeu deriuata a Mache
r q̃ ẽ pugna p.ch.aſpiratũ ſcribunt ut Antia
chus: Anphimachus:Andromache: & ſi
milia quæ in ſequentibus deſignabimus.

NICI.

Tẽ & cõpoſita uel deriuata a nici: q̃ ẽ uicto
i ria cũ.i.latĩo &.c. nõ aſpirato ſcribunt ut
Nicanor : Nicander : Nicteria : Nicoſtra
ta:Nicolaus : Olympinices ideſt olympici uictor
& alia pene innumerabilia.

LYCOS.

Imiliter oĩa compoſita uel deriuata ab hac
s dictione lycos: quæ apud nos ſignificat lu
pũ p.y.græcũ &.c.exile ſcribunt:ut Lyco
phron:Lycomedes.Lycaon:& ſimilia q̃plura.

AGATHOS.

Mplius & oĩa cõpoſita uel deriuata ab aga
a thos:qđ apđ nos dicit bonum p.th. aſpira
tũ ſcribuntur: ut Agathocles Agathoſthe
nes & ſimilia. PLISTOS.

Tem:& omnia compoſita uel deriuata ab
i hac dictione pliſtos : quæ apud nos dicit
multum:& cum.i.latino &.t.exili ſcribũ
tur:ut Pliſtonax.qui filius fuit Pauſaniæ . Pliſtar
chus filius Leonidis Pliſtonicus:& ſimilia.

PROTOS.

Tem & oĩa cõpoſita uel deriuata ab hac di
i ctiõe protos:q̃ apud nos dicit primũ cũ.t.
ſimiliter nõ aſpirato ſcribũtur:ut Protoſi
laus:Protomartyr:Proteus.& ſimilia. Et hæc ha
ctenus quo ad huiuſmodi noſtræ orthographiæ
præcepta dicta ſufficiant.

Quæ deinceps & quo ordine tractabunt.

Einceps dictiones q̃ſdã ſecundũ alphabeti
d noſtri ordinẽ p rectã orthographiã pſeq̃
mur:i qbus multa declarare itendimus: q̃
alias difficillima uideri potuiſſent. Et icipiẽtes ab
.a. littera per reliqua ſuo ordine gradiemur.

ABacus cum unico.b.&.c.aſq; aſpiratiõe
ſcribit dictio ẽ græca q̃ apud illos dicit
ἄβαξ : quã litteraturã antiqores noſtri
ſæpe ſeruabãt.& hic abax huius abacis
teſte Priſciãno.in.viii.declinabãt cuius penultima i
genitiuo correpta erat. Sed frequẽtius abacus aba
ci ab auctoribus põit ſignificatq; apđ aliquos mẽſã
ſup q̃ comedere cõſueuius uel ut aliis magis placet
ſup q̃ potoria uaſa locãt. Vt Iuue.de poeta paupe

culo in ſatyra Vmbrii ait. Lectus erat codro pro
cula minor urceo .i. ſex Ornamentum abaci. Plini
us li.xxxvii. Vaſa inquit & auro & gemmis abaco
rum nouem .i. ſufficientia ad ornamentum abaco
rū nouē. Vnde Varro li. nono de origine linguæ la
tinæ ait. Itaq; ſicut abacum argento ornari: & alia
diſparia ſic orationem. & ut puto quadratus erat
abacus. Ad cuius ſimilitudinem hæ quadræ i qui
bus conciſæ carnes diſponūtur. abaci etiam uoca/
bantur. ut plinius in eodem li. Pompeius uictoria
mithridatica primū in urbē mirrhina inuexit pri
muſq; lapides & pocula ex eo triumpho capitolio
adiudicauit quæ protinus ad hominū uſū trāſiere
abacis etiā eſcariiſq; uaſis ex petitis. Et in eodem li
bro. Amplitudine nunq̄ paruos excedunt abacos.
Ex qua ſimilitudie ut exiſtimo tabella ſuper qua
decuplationes fiunt abacus dicta fuit quin & ipſa
decuplatio. Perſius in ſecūda ſatyra inqt. Nec qui
abaci numeros & ſecto i puluere metas. ſ. ſpernit.
Nā inde ēt cū calculi qdā fierēt abaculi uocabant̄.
Pli. in eodem libro ait. Veluti cū calculi fiunt quos
quidam abaculos appellāt. Sed cū de menſa quid
ſignificet apud quoſdā dubiū ſiat. An ipſam cœnā
uel ſup qua comedit̄ deſignet. Ego tanq̄ arbiter
honorarius diiudico mēſam primitus id ſup quo
comedimus ſiue ligneū ſiue lapideum fuerit deſi/
gnaſſe. ut Virg. li. iiii. geor. de Corytio loquēs. Qui
ſeraq; reuertens nocte domū dapibus menſas one
rabat ineptis &, in eodem libro. pars epulis onerāt
menſas & plena reponūt pocula. Horatius ſimili/
ter in. ii. ſermonū inquit. Gauſepe purpureo men/
ſam pterſit acernā .i. de acere factā. idem oſtendit
Varro de lingua latina cum ait. Mēſam æſcariam
cillibam appellabat & ſubdit ea erat quadrata ut
etiā nunc in caſtris eſt poſtea rotūda facta. Ex qui
bus tractum puto menſam etiam pro prandio &
eduliis ut Iuuenalis in prima ſatyra. Cum de tot
orbibus & iam antiquis una comedunt patrimo
nia menſa hoc eſt uno prandio uel cœna.

A bantes cum unico. b. &. t. non aſpirato ſcribitur:
populi ſunt ionum iter achiuos: ut dixit herodo/
tus libro hiſtoriarū primo: alios dixit Orpheus in
argonautica eē iuxta pōtum. Rurſus & alios dixit
ariſtarcus in ſecundū Homeri eſſe inſulæ euboiæ.

A batos cū unico. b. &. t. exili ſcribitur apud nos in
acceſſibile interpretat̄: & ab. a. quod eſt ſine βαδί
ζω uerbo: quod eſt accedo componitur. Vnde in
ſula quædam circa extra ægypti i memphitica pa
lude poſita eo noīe a græcis dicta fuit: quia ad illā
ob limi & papirorum copiā difficilimus ſit acceſ
ſus: ut in dictione Oſiris latus explicabimus. Simi
li cognomine locus ultra ægyptū & æthiopias ab
antiquis uocabatur ubi primum nilus magno fra
gore deſcendit. Dicente Lucano libro. x. Hinc aba
ton: quam noſtra uocat ueneranda uetuſtas. Ter/
ra poiēs: prios ſentit pcuſſa tumultus: & reliqua.

A bdere cum. b. ante. d. i eadem ſyllaba teſte Priſcia
no ſcribit̄. urbs fuit in Thracia quā teſtibus Soli
no & Pomponio Diomedis & ſoror condidit & a
ſe cognomiauit. Nec inde procul tirida oppidum
fuerat equorū diomedis ſtabulum quod Pompo
nio teſte ceſſit æuo: & eius tempore ſolum turris
ueſtigium perdurabat: quæ Diomedis turris etiā
tunc quoq; uocabatur. Sed abderat tādem ſenio
collapſa: a clazomeniis ex Aſia uenientibus ad ma
iorem faciem reſtituta depoſita priori noīe Cla/
zomene ab illis nomē accæpit iuxta abderam ue
ro biſtonium ſtagnum nominatiſſimum fuiſſe
fuiſſe dixit Herodotus. Et primam fuiſſe Demo
criti phyſici in ſua dictione dicemus. Et ab abdera
abderites nomen patrium deducitur quod cum
.i. latino &. t. exili ſcribitur.

A bydus cum. y. græco ſcribitur: ciuitas eſt heleſpō
ti ex latere aſiatico. De qua Virgilius libro georgi
corum primo Oſtriferi fauces tentantur abydi: &
directe ex oppoſito ad ſeſtum depoſita iacet: ut
Muſeus poeta antiquiſſimus amorem ptractans
Leandri: & Hero: hoc uerſu oſtēdit σηστὸς καὶ
ἄβυδος ἐναντίον ἐγγύθι πόντου. Quē ſane amo
rē tetigit Virgi. libro georgicorum tertio & Oui
di. i epiſtolis heroidū lepide ptractauit. ab abydo
abydenus deriuatur. Vnde Seruius in tertio geor
gicorū iquit Leāder abydenus & hero fuit ſeſtias.

A byſſus per. y. græcum & duplex. ſ. ſcribitur: ē aq̄
rum immenſa profunditas.

A brotontium cum. t. nō aſpirato &. i. latio ſcribit̄:
nomē ꝓpriū fœminæ: ut Gliceriū. Philorciū Dor/
ciū: Sopronium: q̄ i hāc terminationē teſte Priſcia
no in. v. diminutionis ætatis ſiue adulationis ama
toriæ cauſa ꝓferunt̄. Vnde abrotontiū ab: ὁβρὸν:
quod eſt glabrum ſiue delicatum deducitur. & re/
liqua ſimiliter: ut in ſuis dictionibus uidebimus.

A bſinthiū cū. b. ante. ſ. licet apud græcos ſit. ψ. qđ
magis ꝓprie p. pſ. traduci dēbuit: ſed uicinitate litte
rarū placuit. p. i. b. cōuertere: qđ ſæpius fieri oſtēdi/
mus: & ſequētibus clarius p exēpla oſtēdēmus. Quo
niā & cū. i. latino utro biq; atq;. th. aſpirato ſcribit̄
herba ē amara: aqua populi cognominati ſunt q/
dā: q iuxta pontū teſte Herodoto libro hiſtoriarū
ſexto cappadociaq; ihabitāt. Vbi mons eiuſdē iti/
dē nominis haberi dixit. Vnde Ouidius libro qui
to de triſtibus ait. Cana prius gelido deſinit abſin
thia ponto. Teſte Plinio libro. xxvii. naturalis hi/
ſtoriæ: eo in loco pecora pingueſcūt: ob qđ ſine fel
le ṙpiri illas dixit. qq̄ ut ait lōge italico ſit amarius.

A byrtus cū. y. græco &. t. nō aſpirato ſcribit̄ quāq̄
apud græcos nō p. bſ. ſed per. pſ. hoc eſt. ψ. ſcribat̄:
qđ ut diximus ex litterarū affinitate noſtri. p. in. b.
cōuerterunt. fuit Oete colchorū regis filius. quem
Medea ſoror Iaſonē ſequēs i loco nō lōge a phaſi
dicto ab inde tomos ideſt inciſio crudeliter lacera
uit: iuxta fluuiū ſcilicet abſyrtum: i quē cōuerſum
dicunt poetæ. Vnde putāt qdā puerum illū Aegia/
leum primitus uocitatū. & a flumine abſyrto co
gnomen aſſumpſiſſe. Cū dicat Cicero li. tertio de
natura deorū. Quid de abſyrto fratre Medeæ: qui
apud Pacuuium Aegialeus ſcribit̄. Sed ut ſubdit
prius nomē ueterū litteris uſitatius ē. Iuſtinus ue/
ro Agialeū illū uocauit libro q̄drageſſimo ſecūdo.

Abſis huius abſidos cū. i. latino ſcribitur: ubi ſimi/
liter. b. loco. p. noſtri poſuerunt. apud nos indicat
arcum teſtudinem: ſeu fornicem teſtudineā: quin
& ſorcipes: & deſcēdit ab ἅπτομαι quod ē cōtin/
go. cum latera neceſſario contingat.

Academia cū.e.ſine aſpiratiōe.&.i.latio ſcribiť:cor
ripitq penultimā:fuit locus numeroſus ab athēis
mille paſſibus diſtās ab Academo heroe teſte Eu/
poli ſic cognomiatus. In quo uilla fuit deide Pla/
tōis natiuitate nobilis:ut idē teſtať Eupolis. Et cū i
eodē loco Plato philoſopharetť ſtudēdi uſu:& diſci
pulorū freq̄ntia:atq morū celebritate iſignis fuit.
In eadē Fauorio teſte Mitridates Perſarū rex plato
nis ſtatuā cū his ſcriptis locauit. Mithridates Rho
dobati filius pſes muſis imaginē Platonis dicauit
Sillāonis opus huius uillæ exēplo teſte pli.li.xxxi.
naturalis hiſtoriæ. Cice.uillā.aliā i italia eo cogno
mie nomiauit:q̄ eſt ab auerno lacu puteolos tēdē
tibus ipoſita littori & celebrať porticu ac nemore
ibi cōpoſitis uoluminibus eiuſdē nois:i q̄ monu/
mētū ille ſibi iſtituerat:huius i parte ut pergit idē
auctor eruperunt fōtes caldi per q̄ ſalubres oculis
celebrati carmine Laurei Tullii fuit e libertis eius.

Acbatana abſq aliqua aſpiratiōe:& cum.b. poſt.c.
ſcribiť:fuit ſiriæ ciuitas ubi Cambiſes diē ultimū
obiit:ut oſtēdit Herodotus lib. hiſtoriarū tertio.

Achaia cum.ch.aſpirato &.i. latio ſcribitur: regio
eſt græciæ: quæ teſte Herodoto libro hiſtoriarū
ſeptimo primo peloponneſus: poſtea danaa:dein/
de achaia dicta fuit. unde græci achæi atq achiui
& danai dicti ſunt. Cuius maxime clarum oppidū
Corinthum fuiſſe dicunt:cum uſq ad id proten/
datur ut latius uidebius i dictione peloponneſus.

Achæi cū.ch.aſpirato &.æ.diphthōgo atq .i.latio
ſcribitur:græci omnes ab Homero nōnunquam
dicuntur: & puto ab achaia: uel ut alii dicunt ab
Acheo antiquo rege.

Achæmēdes cum.ch.aſpirato ſequēte.æ.diphthō
go:&.i.latino ſcribitur fuit comes infœlicis Vly/
xi:ut oſtendit Virgilius libro æneidos quarto.

Achæmenes cū.ch.aſpirato &.æ.diphthongo ſcri/
bitur aliæ prorſus ſine diphthōgo ſcribūtur: fuit
teſte Herodoto libro hiſtoriarum.iiii. primus p/
ſarū Rex:a quo poſtea reges omnes perſie uſq ad
Darium deſcenderunt. Alius eodem nomine fuit
Xerſis frater:ut idem oſtendit.

Achæmenidæ prima cum.ch.aſpirato &. æ. diph/
thongo:penultima cū.i.latio ſcribiť:fuit teſte He
rodoto libro hiſtoriarum prio tribus:ex qua per/
ſarum reges originem contraxerunt.

Acharis cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur: dici
poteſt la uerbum ſine gratia:nā ex.a.quod ē ſine &
charis gratia componitur.

Acamas cum.c.exili hoc eſt ſine aſpiratione ſcribi/
tur:fuit unus teſte Homero libro ſecūdo & quito
iliados thracū princeps ex his qui in auxiliū troia/
norum uenere. Alius eodē teſte libro undecimo
eiuſdem nominis fuit filius Antenoris:qui tēpore
belli troiani cælebs erat:& diis ſimilis habebatur.

Acanthus cum.c.exili &.th.aſpirato ſcribitur: pue
rū fuiſſe dicunt conuerſum in florem ſui nominis
Vnde de flore locutus uideť Virgilius libro ænei
dos primo cū ait. Et circum textū croceo uelamē
acantho Seruius uero dixit eſſe nomē hærbe:quæ
i aſſyria naſcitur. Idem in polliōem: arborem eſſe
dixit in ægypto ſemper frondentem:quod Virgi/
lius affirmaſſe uideť libro georgicorū ſecundo cū
ait. Et baccas ſemper frondētis acāthi. Significatq
proprie apud noſtros ſpinam uel dumum: quare
ſpinis aſperam eam arborem dicunt. Eſt & eo no
mie littoralis quædā urbs hæmathiæ:de qua i di
ctione artachæas habebitur.

Acanthilis prima cum.c.exili penultima cum. th.
aſpirato &.y.græco:ultima cū.i.latino ſcribiť.aui
cula quædam eſt:quæ & a nobis carduelis uocať.
Nam ſic græce dicta eſt:qua inter ſpinas paſcatur.

Acarnania cū.c.exili &.i. latino ſcribitur:pars ē epi
ri:in qua teſte Plinio libro quarto naturalis hiſto/
riæ: maxime clarum eſt oppidū leucas:hanc ache/
lous fluuius ab ætolia diuidit. Siue ut ait Solinus
pindus:q acheloum parit:uocať & eodem nomi/
ne regiuncula q̄dam alia in ægypto:ut dixit Serui
us ſuper quintum æneidos.

Actaſta cū.c.&.t.exilibus ſcribitur: fuit teſte Heſio
do i theogonia nympha Oceani & Tethios filia.

Acaſtus abſq aſpiratione ſcribitur:fuit peliæ theſ/
ſalorum regis filius:ut ēt oſtēdit Seneca i Media.

Acatalactos abſq aliqua aſpiratione ſcribitur:uer/
ſus dicitur:qui abſq alicuius ſyllabæ defectu in fi/
ne legitime terminatur.

Acathes cum.ch. aſpirato &.t.exili ſcribitur: uir a
Virgilio fuiſſe diciť perpetuus Aeneæ comes De/
duciturq ab αχοσ:quod eſt cura ſeu moleſtia eo/
que moleſta cura ſemper reges comitetur dicente
Virgilio libro æneidos ſexto.

Aeneas meſto defixus lumina uultu.
Ingreditur linquens antrum cæcoſq uolutat
Euentus animo ſecum. cuius fidus achates
It comes & paribus curis ueſtigia figit.

Eſtq etiam primæ declinationis & facit in geniti/
uo Achatæ. Verū teſte Solino & Plinio libro trige
ſimoſeptimo naturalis hiſtoriæ. Achates p̄cioſi la
pidis eſt nomē. Quē ſicilia in ripis achatis flumi/
nis primum dedit. deide in aliis locis compertus:
Quoniā & Pyrrhum:qui cū romanis bella geſſit:
hunc lapidem in annulo habuiſſe dicunt:detinen/
tem non artificioſas:ſed naturales nouem muſaꝝ
effigies:& appollinem ipſum cum lyra ita diſcur/
rentibus teſte Plinio maculis:ut muſis quoq ſin/
gulis ſua redderentur inſignia.

Aceſtes abſq aliqua aſpiratiōe ſcribitur:fuit crimni
ſii ſiculi fluuii filius ex ſegeſta troiana:quod Virgi.
libro q̄nto æneidos:tetigit cum ait. Troia crimni/
ſio cōcæptum flumine mater Quē genuit:de quo
latius Ouidius lib. metamorphoſeos.xi. Alius te/
ſte eodē Ouidio libro.iii. Fuit nauta pauper:q ba/
chum puerū dormientē i littore maris furatus ē.

Achelous cū.ch.aſpirato & unico.l.ſcribitur:fuit te
ſte Heſiodo in theogonia:Oceani & tethios filius
hic pro Deianira filia Oenei regis Calidonie ſoro/
re Meleagri acri duello cum Hercule decertauit:
eo q̄d illoꝝ q̄ſq pro excellētiori uirtute uxorē il/
lam petebat. Sed uidens ſe iferiorē Hercule: magi
cas decurrit ad artes. Et conuerſus primo in ſerpē
tem ab Hercule peneſtrangulatus ē. Rurſus & cū
in trucem tauꝝ ſe cōmutaret. illū Hercules facto
cornu ad terrā colliſit:qui deide pudibundus i ca
lidone fluuio:q iuxta ſui nominis oppidū defluit:
ſe abſcōdit a quo poſtea fluuius achelous ē appel/

latus.Et oritur a pindo theſſaliæ monte atq; æto/
liā ab acarnania regiōe diuidit.Quare & acarnāus
nonnunq̄ cognominatus eſt: ut Ouidius. Amnis
acarnanus lætiſſimus hoſpite tāto: Tādē in malia
cum mare deſcendat.Veꝝ ut Macrobius & Serui
us ferūt.achelous generaliter aqua dicebaſ.dicen/
te Virgilio libro georgicorum primo.Poculaq; in
uentis acheloia miſcuit undis.

A cheron cum.ch.aſpirato & .e. abſq; diphthongo
a græcis & noſtris ſcribiſ q̄q̄ deriuatio.æ.diphthō
gum requirere uidetur: Nam ab a quod ē ſine: &
χαιροσ cū.æ. diphthōgo:qđ apud nos dicit gau/
dium cōpouitur & deriuatur:Sed quia breuē pe/
nultimā græci & latini eſſe uoluerūt ſine diphthō
go ſcripſere.Diciturque a poetis ipſis fluuius infer
nalis.Sed ut teſtatur Seruius in ſexto æneí.locus ē
in campania nō longe a baiis undiq; ſeptus.mōti/
bus adeo ꝙ neq; orientem aſpiciat ſolē:nec occidē
tem:ſed diē tantummō mediū.Nec quicq̄ ibi niſi
p necromantiā:ſiue hoīs occiſionem fieri poterat.
Vnde Aeneam dicūt occiſo ibidē Miſeno ſua ſacra
compleſſe:& Vlyxem ſimiliter occiſo Helpenore.

A cheruſia ſimili modo a græcis ſcribitur:palus eſt
īter capuam & auerſam:p aperta plana uſq; prope
cumas diffuſa quā græci quidē quia ab acheronte
deriuari dicunt: cum.ch. aſpiratio cōſcribunt.Nō
nulli uero quia ex inundatione fluminis accerra/
rū prouenire uolunt:abſq; aſpiratione ſcribēdam
dicunt:quaſi aceruſia:ſed apud plures aſpitatiōem
comperi.

A cidia cū unico.c.nō aſpirato:&.i. latio utrobiq;
ſcribiſ:ſignificat apud nos tediū moleſtias curas.

A cidalia cum unico.c. nō aſpirato &.i.latino utro
biq; ſcribiſ.Venus diciſ:& ut quidā ferunt ab aci
dia uerbo græco deduciſ:eo quod laſciuus amor
uariis curis & moleſtiis amātes impleat.Alii uero
ab acidalio fōte in orchomeno boetiæ ciuitate Ve
neri ipſi & gratiis ſacro.

A cylius prima cum.c. exili &.y. græco penultima
cum.i.latino ſcribiſ:nomen eſt uiri proprium.

A cyrologia prima cum.c.non aſpirato &.y.græco
penultima cū.i.latio ſcribiſ dici poteſt a noſtris i/
propria locutio. Nācompouiſ ex ακυρ οσ quod
eſt impropria:λογοσ locutio:ut Virgilius libro.
ix.Turne quod optanti diuum promittere nemo
auderet:ubi teſte Ser.dici proprie nō poteſt nemo
diuum cum nemo proprie ſit ne homo.Idē li.uii.
ænei . Hunc ego ſi potui tantū ſperare dolorem.i.
atimere:ſimiliter Iuuenalis i ſatyra Criſpini.Iā q̄r/
tanam ſperantibus ægris.i.timentibus.

A chilles cū.ch.aſpirato &.i.latio atq; duplici.l. ſcri
biſ:fuit filius Pelei regis theſſaliæ ex thetide chiro
nis filia græcoꝝ fortiſſimus:ab oībus poetis & Ho
mero maxime cantatiſſimus.qui ut ait Iuuēalis i
prima ſatyra Nulli grauis erit ſi repræhendatur
.ſ.tanq̄ auarus ꝙ corpus Hectoris Priamo uēdide
rit uel græcos ipſos ſuo adiutorio deſtitutos reli/
querit:uel eius naturam quis īſectetur:de qua Pa/
troclus ad Neſtorem libro.xi.iliados ait: Probe
.n.o Neſtor cognouiſti qualis ille ſit : q̄ moroſita
te: q̄ ſubito erumpat iculpatiōem etiam culpa ua
cātē:fuitq; teſte Homero a paride apud troiā ſa/
gittis interfectus in templo Thimbræi apollinis:
dum cōnubium Polixenæ curabat quas ſane ſagit
tas poetæ dicūt a Phœbo directas ut Virgilius li/
bro æneidos ſexto.

Phœbe grauis troiæ ſemper miſerate labores.
Dardana qui paridis direxti tæla manuſq;:
Corpus in æacide. At Ouidius li.metamorphoſe/
os.xi.dixit Paridē a Phœbo monitū nō clā & i tem
plo:ſed furenti prælio achillem ſagittis confeciſſe.
Vnde apollo ad paridem:Quid ſpicula perdis
Sanguine phœbus ait:ſi qua eſt tibi cura tuorum.
Vertere in æacidem cæſoſq; ulciſcere fratres.
Dixit:& oſtendens ſternentem troica ferro.
Corpora peliden : arcus obuertit in illum.
Certaq; lætifera dixerit ſpicula dextra.

Mortuuſq; i ſigeo promontorio ſepultus fuit : ad
cuius tumultū cum teſte Cicerone in oratione ꝓ
archia perueniſſet alexander magnus.O fortuna/
te īquit iuuenis:qui tuæ uirtutis Homerū habui/
ſti præconem . Et declinatur in genitiuo achillis
& achilli:uel cū.i.longa : uel cum ei diphthongo
ut non nulli ſcriptū fuiſſe contendunt . Virgilius
libro primo æneidos.
Troas reliquias danaum atq; immitis.

A chilli:uel ut alii ſcribunt achillei cum ei diphthō/
go ſimiliter Vlixis & Vlixi. Vir.lib.iii.æneidos.
Et terram altricem ſæui execramur Vlyxi.
Eodem modo Horontis & Horonti Vir. in pri/
mo.Nunc acris horonti:Nūc amici caſum gemit.
ſimiliter Terentius:archonidi filiam dixit pro ar/
chonidis.Cicero i Timarchidi poteſtate ꝓ Timar
chidis ſimili mō dixit:&facit i uocatiuo.o.achilles
&.o.achille:cum.e.longo.Oui.lib.xiii.metamor.
Tuq; tuis armis nos te poteremur achille.
Nōnunq̄ uero dixerunt poetæ achileus more græ
co:qui dicunt αχιλλευσ i nominatiuo: & forma
uerunt accuſatiuū in ea: ut Luca.li.x.Famulumq;
tyranni Terribilem iuſſo tranſegit achilea ferro.

A chilus cū.ch.aſpirato &.i.latino atq; unico.l.ſcri/
bitur:is a noſtris dicitur:q ſine labiis degit.Nā cō/
ponitur ex a quod eſt ſine:& χειλοσ labrum.

A cis cum.c.non aſpirato &.i.latino ſcribitur fluui
us eſt ſiciliæ ουιεpονυλop.ut dixit Theocritus ab
æthna mōte fluit.Cuius ex ripis poliphemis i Vly
xē ægiſſe ſaxa dicitur:qđ Vibius atteſtatur.In hūc
dixit Ouid.lib.xiii.etiam cōuerſum fuiſſe Acim fi
liū Fauni ex nympha Simethide cretū : tūc quoq;
cum illum ex zelo Galateæ poliphemus occidit.
Huius ripas herbiferas dixit Oui.li.faſtorū.iiii.cū
ait.Et ripas herbifer aci tuas.

A colithus cū.c.exili ſeq̄nte unico.l.&.y.græco atq;
th.aſpirato ſcribitur : & deriuatur ab ακολουθω
quod eſt ſequor:quaſi obſequens & miniſtrans.

A cragas cum .c.non aſpirato ſcribitur: quod non/
nulli moderniores in.g.conuertunt:oppidū ē ſici
liæ quod teſte Plinio libro tertio naturalis hiſto/
riæ:noſtri deide acrigentū dixere: ſitum qdē teſte
Pomponio inter pachynium & lylibeum.Et ut re
fert Seruius in.iii.æneidos.mons eſt muro cictus
cuius ſumma parte oppidum eſt:unde ego nomē
ακpον.i. ſummitatis aſſumpſiſſe puto:& ide acri/
gentinus nomen patrium deriuatur.

Acriſius cum.c.exili &.I.latino utrobiq; ſcribitur.
fuit teſte Euſebio libro tempoꝝ abantis argiuoꝝ
regis filius & pr̃ Danaes amaſiæ iouis. Hic a Præ/
to fratre regno pulſus:a Perſeo nepote:hoc eſt fi/
lio Danaes filiæ ſuæ & iouis ad r̃gnũ r̃ſtitutus eſt:
a quo poſtea i ſaxũ cõuerſus fuit:ut oſtẽdit Ouidi
us li.metãorphoſeos quarto:& ide poſſeſſiuũ acri
ſionæus deducitur:ut Vir.li.æneı.vii. de urbe Ar
deæ loquens inquit.Quã dicit̃ urbẽ Acriſionæis
Danae fundaſſe colonis. De quo i dictione pilum
nus uidebimus. Alius eiuſdẽ nominis fuit Laertæ
patris Vlyxis pater & iouis filius:dicẽte ulyxe apd̃
Oui.li.metamorphoſeos.xiii.Nã mihi Laertes pa
ter eſt. Acriſius illi.Iuppiter & huic.Et ut ait Ho/
me.libro.xvi.odiſſeæ μουνον λαερτην ακεισιοσ
γονετικτε: μουνεν λαυτολυ θησαυπατηρ τε/
ρεν.hoc eſt ſolũ Laertem filium Achriſius genuit.
Et ipſe pater ſolum Vlyxem procreauit.

Acros cum.c.non aſpirato ſcribitur:& latine ſum
mitas dicitur atq; cacumen.

Acrotirium abſq; aliq̃ aſpiratione &.i.latino ſcribi
tur:apud nos dici poteſt arx.

Acrothum cum.c.exili &.th.aſpirato ſcribit̃:oppi/
dum fuit ſuper Atho monte locatum:quaſi acros
.i.ſummum montis athonos.

Acroceraunia abſq; aliqua aſpiratione ſcribit̃:mon
te ſunt exelſi in diuerſis locis.Nam quidam inter
armeniam & Iberiã maximi putãtur:qui a poetis
caſpiis initiũ deducentes:uſq; ad fontẽ Tigridis ꝓ
tenduntur. Alii ſunt in epiro diuidentes mare io/
niũ ab hadriatico.De qbus Hora.li. primo odarũ
& oda tertia inqt.Infames ſcopulos acroceraunia:
q a nõnullis Ceraunii ẽt uocitantur.Nã κεραυνοσ
fulmen:& ακροσ ſummitas dicit̃:& hoc quidem
qa eorum ſummitas fulminibus infeſtatur:Vnde
Virgilius libro georgicorum primo de Ioue locu/
tus ait: Aut athon aut rhodopen aut alta ceraunia
tælo.Deiicit:de qbus idictiõe ceraunia uidebius.

Acron cum.c.exili ſcribit̃.fuit ceninenſium rex ab
Romulo uictus:& iſecto tælo traiectus Cuius ſpo
lia in urbem reuerſus Romulus cum triumpho
Ioui pheretrio dedicauit. Quem ob illata i hoſtẽ
uulnera teſte Plutharco in uita Romuli ſic appel/
lauit.Nã ait ferit̃ apud latios uulnerare ſagittis.Et
ſpolia opima dixit:uel ab ope ut dicit Varro: uel
ab opere ut alii ferunt cũ ſit opus egregiũ ac clariſ
ſimũ belli ducẽ parem ſibi ductorem ſuperare:ꝙ
teſte Plutharco nemini rõanorũ.cõtigit: niſi duo
bus poſt Romulũ:Cornelio ſcilicet Coſſo cũ To/
lumnium tyrthẽum obtrõcaſſet:& claudio Mar
cello:qui Viri domatuum gallorũ regẽ ſuperauit.

Actæus cũ.ct̃ nõ aſpiratis &.æ.diphthõgo ſcribit̃
dici põt a noſtris lituralis.Nam ab ακτη quod eſt
litus deriuationẽ ducit.uerũ litus a noſtris a lædẽ
do nomen aſſumpſiſſe uidet̃:dicẽte Cice.in topi/
cis: Solebat Aquilius collega meus & familiaris
cũ de litoribus ageret̃:ꝙ eẽt litus ita diffinire qd̃
fluctu eliditur: ꝙ per etymologiã ita intellexit: ut
per deriuationem dicatur:a lædo.Quare unico.t.
ſcribit̃ ſat eſt:cũ primam una cũ lædo producat.
At Donatus nõ a lædendo ſed litando tam ꝓ lito
re maris q̃ ꝓ loco:ubi apud altare hoſtiæ litabãt
dictũ uoluit:Eo qd̃ ut quidã ferũt illius ſnĩam ſe/
cuti nauigãtes eundo & redeũdo in litore litabat:
ꝙ ſi ſic eẽt:opus eſſet duplici.t.eo ꝙ litus primã lõ
gat:& lito breuiat.Itaq; nõ unicã ſed duplicẽ deri/
uationẽ:nos ipſi litus habet̃ putamus.Vnã a lædo
q̃ litora maris deſignat:& tũc quoq; unico.t.ſcri/
bendũ eſſe.Alterã uero qua a litu deſcẽdit & tunc
locũ iuxta altare:atq; ẽt cũ ipſo altari deſignat: &
duplici.t.ſcribẽdum eẽ dicimus ut Vir.libr.ænei.
ſecundo:latet ingens litore truncus:de Priamo.n.
interfecto loquebatur:quẽ Pyrrhus altaria ad ipſa
trementem.Traxit & in multo lapſantem ſangui
ne nati iuxta ipſa altaria iterfecit.Vnde certum eſt
illud de litore maris nõ itellexiſſe.Cum ergo litus
ſemꝑ primã longet.cum pro litore maris accipit̃:
quia a uerbo habente primam longam deſcendit
cum unica ſequente conſonante: ut uerbum a
quo deſcendit ſcribendum eſt.Quando uero a li/
to:quod primam breuiat deducit̃.ut illam nomẽ
ipſum producat:cum duplici.t.ſcribendum puto.

Actæon cum.ct̃.exilibus &.æ.diphthõgo ſcribitur
fuit filius ariſtei ex autone filia Cadmi:q tandem
a Diana in ceruũ cõuerſus a ſuis canibus dilacera/
tus fuit:ut late oſtẽdit Oui.libro metamor.tertio

Actium cum.c.&.t. exilibus &.i.latino ſcribit̃: op/
pidum fuit i ſinu ambraciæ:atq; eiuſdẽ teſte noĩs
promõtoriũ:iuxta quod ab Auguſto deuictus fu/
it Antonius & Cleopatra:& ut eius uictoriæ Sue/
tonio memoria celebrior ſemꝑ i poſterũ eſſet:ur/
bẽ Micopolim apud actiũ cõdidit:ludoſq; illic qu
quẽnales conſtituit: & ampliato uetere apollinis
tẽplo:locũ caſtrorũ: qbus fuerat uſus exornatum
naualibus ſpoliis Neptũno ac Marti conſecrauit.

Actor cum.ct̃.non aſpiratis ſcribitur:fuit ex Boetia
Eridæ filius:& pater aſtyoches: ut oſtẽdit Home.
libro iliados ſecũdo:alium fuiſſe auruncũ oſtẽdit
Virgilius libro ænei.nono cũ ait: actoris Arunci
ſpolium ſcilicet ad differentiam boetii.

Acus cum.c.non aſpirato ſcribitur:idem inſtrumẽ
tum.quo ſarcinatrix & ornatrix utitur. Nam illa
apud græcos ακεσ ρια quæ apud nos ſarcinatrix.
Et reperit̃ hæc acus & hic acus.unde teſte probo:
aculeus fit diminutiuũ:ſed in frequẽtiori uſu ha/
bet̃ fœmineũ:ut Lucanus i decimo.Quod niloris
acus cõpreſſum pectine ſerũ.Iuuena.i tertia ſatyra
ille ſupercilium madida fuligine tictum.Obliqua
producit acu.Idem:Emeritaq; ceſſit acu. Inuenit̃
ẽt hoc acus huius aceris:quod græci σκυβαλον
dicunt.i.purgamẽtum frumenti.Varro ẽt rerum
ruſticarum libr.tertio.acus ſubſternẽdum galinis
parturientibus.Idem acus in area excutitur.Idem
i primo:argillam mixtam acere.Ex quo etiam pa
leæ frumenti apud Feſtum acus dicuntur.Simili/
ter & ea militum pars:quæ ad hoſtẽ uulnerandũ
acumine tælorũ utit̃:acus ab aliqbus auctoribus
cognominata ẽ: Acicula uero teſte Seruio ſuꝑ Do/
natũ eſt:q̃ mulieres utunt̃ ad ornatũ capitis.

Adamas cũ unico.d.& unico.m.ſcribit̃:lapis ẽ ꝓcio
ſus durities ienarrabili: unde nomẽ accæpit. Nam
cõponit̃ ex.a. qd ſine: & δαμαζω qd ẽ domo: qa
ſimiliter domitari non poteſt. Rumpiturque hir
cino ſanguine calido & recenti:ut teſtis eſt Plinius

libro trigeſimo ſeptimo naturalis hiſtoriæ.

Adelphos cum.ph.aſpirato ſcribitur:& habet accẽtum apud græcos in ultima:dicit a noſtris frater: Vnde Terentius comœdiam ſcripſit adelphi:& ut puto litteris græcis annotauit: uidelicet αδελφοὶ ideſt fratres. Nã de duobus fratribus ĩ ea tractat: Demea ſcilicet & Mitione:& inde Terentium.ducimus αδελφοισ: hoc ẽ ĩ adelphis id eſt fratribus

Adimantus cum.i.latino &.t.non aſpiratur ſcribit nomen fuit proprium uiri athenienſis.

Adytum cum.y.græco &.t.non aſpirato ſcribitur: locus eſt ſecretior templi:ad quem nõ niſi ſacerdoti dabatur acceſſus.Virgi.libro ſecundo æneí.Iſq; aditis hæc triſtia dicta reportat. At uero aditus. ꝓ igreſſu ẽ generis maſculini: & cũ.i.latio ſcribit

Admetes cum.t.non aſpirato ſcribit:fuit teſte Heſiodo ĩ theogõia nympha Oceani & Tethyos filia

Admetus cum.t.nõ aſpirato ſcribitur:fuit Theſſaliæ rex adeo glorioſus:ut ſcribant poetæ Apollinem diuinitate priuatũ obpulſos cyclopas ad ipſũ confugiſſe. & illius armenta nouem ãnis teſte Seruio ſuper ſeptimo æneidos apud fluuiũ Amphryſum pauiſſe. Quare ait Virgi.libro tertio georgico.Paſtor ab amphryſo: & Lucanus libro.vi.Irrigat amphryſios fabulãtis paſcua Phœbi.

Adonis cum.i. latino ſcribit:fuit formoſus paſtor filius Cinaræ cyprioꝝ regis ex Myrrha eius filia: de quo Virgi.Gallo:Et formoſus oues ad flumia pauit Adonis. Hunc etiã ardentiſſime amauit Venus. Sed tandem ab a.ꝓ uulneratus iterijt:de quo late Ouidius libro metamorphoſeos. x. Fuit etiã tali nomine cognominatus phœnicum quidã fluuius.ut dixit Plinius libro hiſtoriarum quinto.

Adraſtus cum.d.nõ aſpirato ſcribit: fuit argiuoꝝ rex a poetis cãtatiſſimus:& Statio teſte filius Talaonis ex Euronomia natus:ſic quoq; Platone teſte ĩ libro:q cratilus ĩſcribit cognominatus: qa rẽ nõ confecit thebanã.Nã.α ut ſæpe oſtẽdimus:priuationem indicat & δρασω ideſt facio.Vnde Adraſti nomen eſt tractum. Fuit alius Adraſtus teſte Homero libro iliados ſecũdo.Percoſii filius:& frater Amphii:ut in dictione pcoſius uidebimus. Nã hi duo fratres ad troianorũ auxilia duces eoꝝ fuerunt qui habitant Adraſtiam:& urbem Apaeſi:& pithyam: & excelſum Teries montem.

Adræmon cum.æ.diphthõgo ſcribitur: fuit teſte Homero libro iliados ſecundo:Thoantis pater.

Adria cum.i.latino & abſq; aliqua aſpiratione: ut uetuſtiſſima idicãt monumẽta: fuit teſte Iuſtino lib. uigeſimo græca urbs illyrico mari proxima: quæ ut ait adriatico mari nomẽ ididit.Liuius uero l.v.ab urbe tuſcoꝝ illã fuiſſe coloniã dixit quorũ utrũq; ꝓ temporũ uarietate fieri potuit. Et ab adria adrianus nomẽ gentile & non ꝓpriũ. quod cũ aſpiratione ſcribitur.Quin & adrienſis& adriaticus atq; adriacus deducũt.Sane adriã pro mari ipſo adriatico poni nonnunq̃ ãnotauimus:& tũc quoq; generis eſt maſculini:ut Lucanus ĩ quinto: Sonat ionio uagus adria ponto.

Adulari cũ unico.l.ſcribitur:& a græco deductum uolũt:qđ eſt δουλοσ.i.ſeruus.Nã ĩ ſeruire eſt & captare ut fauorẽ emereat quoquo mõ uel uoce uel geſtu:q; ſane ſeruile eſt:& nõ liberale ĩgenium

Aeas cum.æ.diphthõgo ſcribitur:fluuius eſt Epiri ab epidanni:hoc ẽ dyrrhachii mœnibus ex Macedonia prius deflués:ĩ mare ioniũ cadit:de quo Lucanus libro quĩto fluuios theſſalicos deſcribẽs ait Purus in occaſus parui ſub gurgitis æa:Ionio fluit inde mari.

Aeſchylus cũ.æ.diphthongo &.ch.aſpirato atq;.y. græco & unico.l.ſcribitur:fuit poeta tragicus:& q plurimũ tragœdiam exornauit:ut oſtendit Horatius in poetria.at uero Quitilianus ait:Aeſchylus tragœdias primus in lucem protulit: ſublimis & grauis & grãdiloquus ſæpe uſq; ad uitiũ.Sed rudis in plærisq;:& in compoſitus:floruitq; anno ducẽteſimo.lx.poſt urbẽ conditã:ut teſtat Gellius lib. decimoſeptimo noctiũ atticaꝝ.Eius uero mortẽ non uulgarem.cum alii: tum Valerius ſcripſit q; cum in loco aprico ſoporatus eſſet:teſtudo demiſſa ab aquila quæ illius caluicie deluſa lapidem caput eius ipſe putauerat illum interemit.

Aeſculapius cum.æ.diphthongo &.c.non aſpirato. atq;.i.latino a noſtris ſcibit:græci uero non diphthongum ĩ initio:ſed ſolũ.a.habent:ut ſupra uidimus:fuit ut poetæ oẽs aſſerũt:apollinis & Coronydis nymphæ filius.Hic a patre Apolline Chironi cẽtauro traditus didicit medicinã:& adeo peritus euaſit:ut Hyppolytũ Theſei filiũ ab eqs dilaceratum ſua arte ad uitã reduxerit.Ob qđ a Ioue ex indignatiõe fulminatus occubuit:dicitq; eũ Epidauri moratũ:& ut ait Cice.Cynoſuris ſepultum.

Aeſyrmus cũ.æ.diphothongo & unico.ſ. ſeqnte.y. græco ſcribitur:fuit teſte Homero lib.octauo iliados urbs Thraciæ:unde Priamus Craſtianirã duxit uxorem:ex qua genuit Gorgitianam:ut ĩ ea dictione uidebimus.

Aeſymnus cum.æ.diphthõgo &.y.græco ſequẽte m.n.ſcribit:fuit teſte Homero libro undecio iliados unus ex principibus græcis:q ab Hectore ĩ bello interfectus fuit.

Aeſon cũ.æ.diphthõgo ſcribit: fuit Critei filius ex Tiro cõiuge pater Iaſonis & frater Peliæ Theſſaliæ regis.Hic cũ in antiquã ueniſſet ætatẽ a gente Medea ad iuuẽtã rediit:ut late oia deſcripſit Ouid.li. ſeptimo metamorphoſeon.

Aeſopus cũ.æ.diphthongo ſcribit:fuit teſte Gellio lib.ſecũdo e Phrygia fabulator. Scripſitq; feſtiuos & delectabiles apologos mira grauitate. Quorũ quoſdã Romulus qdam uerſu elego ad eruditionem Tibertini filii tranſtulit in latinũ. Nam ꝓſa phryx ille ediderat Alius fuit Aeſopus iſtrio famoſiſſimus Cicerõi amicitia cõiũctus:quẽ una cũ Roſcio amerino iſtriõe ad audiẽdũ uiſcendũq;.Qu. Hortẽſium eloquio clarum & corporis motu cõſpicuũ mutãdi ſtudio curiã frequẽtaſſe ſcripſit Cicero q eoꝝ res ratiõeſq; magnis conatibus q̃doq; eſt tutatus.Nam periit illa Ciceronis oratio:ĩ qua populũ romanũ obiurgaſſe dicit: q; Roſcio geſtũ agente tumultuauit.Contendebatq; ſæpius cum iſtrione Cicero.Verũ ille frequẽtius eandẽ ſniam uariis geſtibus efficeret:an ipſum p eloquẽtiæ copiam uario ſermone diuerſe ꝓnũciaret.Idem Roſcius librũ ſcripſit:quo eloquẽtiã cũ iſtrionica cõ

parauit. Illiqꝫ mille denarii ꝑter gregalem ſtipem: q̄ recitantibus eueniebat. ſunt de publico cōſtituti. Reliquitqꝫ filiis Aeſopus ex iſtrionico q̄ſtu ducẽties ſexternũ. Vnde de iſtriōibus his ait Horatius .xxii. epiſtolarum Clament periiſſe pudorẽ Cũcti pene patres: ea cum reꝑhendere conet. Quæ grauis Aeſopus: q̄ doctus Roſcius ægit.

Aethalia cũ. æ. diphthongo &. th. aſpirato: atqꝫ uni co. i. ſcribitur: iſula eſt in liguſtico pelago: ut monſtrat Ptolomæus.

Aether cum. æ. diphthongo &. th. aſpirato ſcribit̃. & teſte Lactantio libro primo iſtitutionũ fuit creditus a Cleãte & Marimõe laudatis phryſicis ſummus deus. Quod Virgilius ipſe tetigit cum dixit li. ſecundo georgico. Tum pater olpotẽs fœcũdis imbribus æther Coniugis in gremiũ lætæ deſcẽdit Pronapidẽs uero poeta græcus dixit illũ Demogorgonis filium fuiſſe: quẽ Caos eius uxor tũc genuit cũ ignita exhalauit ſuſpiria. Quare Anaxagoras & poetæ nr̃i illũ ſecuti ꝑ elemẽto ignis æthera ipſum poſuerũt: ut Ouidius libro primo metamorpho. Hæc ſup impoſuit liquida & grauitate carẽtem Aethera: nec quicquam terrenæ fæcis habentẽ. At Ariſtoteles in libris quos de cælo cõpoſuit dixit æthera pro cælo ponẽdũ eẽ ita: ut dicat uocabulũ ipſum ex ἀεὶ: quod eſt ſemp ẽ 2οω q ẽ uoluo & curro cõponi: quaſi ꝑpetuam uolubilitatem idicit. Iuxta quod ẽt Ouidius libro quĩto de ponto ait ad Cæſarẽ: Sic habites terras: & te deſideret æther: hoc eſt cælum. Cicero ſecũdo de natura deorũ dixit: æthera genuiſſe iouem primũ & cælum: a quibus oĩs deorum numeroſa ꝓſapia deſcẽdit. Vnde ætherus cum. æ. diphthõgo ĩ prima &. e. in in penultima deducitur: & æthra: qđ apđ nos fulgorem ætheris: hoc ẽ cæli indicat. Virgili. lib. æneidos. iii. Nec lucidus æthra ſyderea polus: Et lunam in nimbo nox in tempeſta tenebat.

Aethæra cum. æ. diphthongo & th aſpirato ſcribit̃ fuit Aegæi Athenarum regis prima coniunx & mater Theſei: ut ĩ dictione ægæus uidimus. Alia fuit teſte Homero libro tertio illiad. pithei filia: comes & conſilium Helenæ. Vnde etiam Ouidius in eius epiſtola ad Paridem.

Cætra p ſocias Clymenem Aethrãqꝫ loquamur: Quæ mihi ſunt comites conſiliumqꝫ duæ.

Aetiologia cum. æ. diphthõgo &. t. exili: hoc eſt nõ aſpirato: &. i. latino utrobiqꝫ ſcribitur: dicitur a q̄buſdã cauſæ redditio. Nam ex αἰτία ideſt cauſa: & λογία: quæ eſt loquella uel ratiocinatio cõponit̃.

Aeſchines cũ. æ. diphthõgo &. ch. aſpirato atqꝫ. i. latino ĩ penultima ſcribitur: fuit unus philoſophus Laſamii athenienſis filius. Seu ut quidam uolunt Carmi lucanicas uẽdẽtis: & Socratis diſcipulus: a puero miræ idolis: laborũqꝫ patientiſſimus: quo circa nũq̄ a Socrate diſceſſit: de quo dicere cõſueuerat Socrates: ſolus nos honorare nouit Aeſchines ſuſcæpitqꝫ munera a Dionyſio: & Athenas reuerſus auditores quoſdã ſibi mercede quæſiuit. Nec ſolus hic philoſophus Aeſchines uocatus eſt: ſed octo hoc noĩe a Laertio & diuerſis annotãt̃. Ita ut hic primus fuerit. Secũdus q artẽ oratoriã ſcripſit Tertius orator Demoſthenis æmulus. Nã aduerſus Demoſthenẽ teſte Gellio li. xviii. accenſus liuoris aculeis capitali crimine accuſauit: Et alia quædã q̇ de illo ꝓſequit̃. de quo ẽt Plinius libro. vii. naturalis hiſto. & Quintilianus libro. ix. iſtutiionũ plura dixet̃. Quartus fuit arcas Iſocratis diſcipulus. Quintus mitylenæus: quem teſte Laertio oratoꝝ flagellũ uocabãt. Sextus neapolitanus academicus philoſophus Melãdii Rhodii diſcipulus. Septius mileſius ciuilis ſcriptor. Octauus ſtatuarius.

Aegira cum. æ. diphthõgo &. i. latino ſcribit̃: Vrbs fuit argiuorũ: ut dixit Herodotus libro hiſtoriarum primo. Plinius uero non contradicens dicit litoralem eſſe urbem in acchaia.

Aegyptus cum. æ. diphthongo &. y. greco atque. t. nõ aſpirato ſcribitur: regio eſt in aphrica: quæ ut nonnulli aſſerũt ab ægypto fratre Danai nomen accæpit: Hæc teſte Plinio lib. quĩto naturalis hiſtoriæ ab oriente rubro mari aſſyriaqꝫ coniungit̃: ab occaſu Cirrenem & aphricæ reſiduũ habet: a meridie uero uſqꝫ in æthiopiam protenditur: a ſeptẽtrione autem mare habet ægyptium. In hac teſte Platone nunquam pluere uiſum eſt: ſed Nili inundatione fœcundatur.

Aegis cum. æ. diphthõgo &. i. latino ſcribit̃: ꝓprie teſte Seruio ſuper octauũ ænei. eſt munimentum pectoris æreũ: habẽs ĩ medio Gorgonis caput qđ munimentũ ſi in pectore numinis fuerit ægis uocat̃: ſi uero in pectore hominis ſicut ĩ antiquis imperatoꝝ ſtatuis cõſpicimus lorica dicit̃: Hæc ille. Quod ſane Virgi. ipſe ſenſiſſe uidet̃ cum ait: ægidaqꝫ horriferã turbatæ palladis arma Certatim ſquammis ſerpẽtum auroqꝫ polibãt Cõnexos angues: ipſamqꝫ ĩ pectore diuæ gorgona deſecto uertentem lumina collo. idem lib. ſecundo de eadem Pallade inquit Nimbo effulges & Gorgone ſæua: Nam teſte eodẽ Seruio: hoc caput Gorgonis ideo Minerua fingitur habere in pectore q illic & omnis prudentia. quæ confundit alios: & ĩperitos ac ſaxeos reprobat. Verum ut nonnulli ferunt: cum hæc ipſa arma corio capræ decocto oli cõficerent̃ ab ægra qđ eſt capra ægidis nomẽ accæpit.

Aegirœſſa prima cũ. æ. diphthongo. ſequẽs cum. i. latino & penultima cũ. œ. diphthongo ſeq̄nte duplicato. ſ. ſcribit̃. urbs fuit teſte Herodoto lib. hiſtoriarum primo in æolia aſiæ.

Aegiſthus cũ. æ. diphthõgo &. i. latino atqꝫ. th. aſpirato ſcribit̃: fuit Thyeſtis filius ex Pelopeia eiuſdẽ Thyeſtis filia: dicẽte ipſo Thyeſte apud Senecã in tragœdia: cuius titulus eſt Thyeſtes: Coacta fatis nata fert uterũ grauem me patre dignũ: uerſa natura eſt retro: & reliqua. Nam cũ Thyeſtes adulteraſſet Meropen Atrei fratris ſui uxorẽ: & ex ea filios ſuſcæpiſſet: pelleretqꝫ ob id regno. Atreus ſimulata pace illũ in regni cõſortiũ reuocari ſimulauit. Cui redeũti tres filios comedẽdos appoſuit: & illoꝝ ſanguinẽ uino mixtũ dedit in potũ: oſtenditqꝫ illi poſt cõuiuiũ manus & capita: quoꝝ reſiduũ comediſſe dicebat: ſed tanti facinoris ultionẽ q̄rens Thyeſtes ab oraculo edoctus ẽ: & ex ſe & filia Pelopeia filiũ naſcituꝝ: qui plene recæptas iniurias uindicaret. Qua de re dicebat ad Clytẽneſtrã Aegiſthus apud Senecã in ꝑfata tragœdia. Et cus

atrida:uideor inferior tibi natus Thyeſte. Ad quẽ
Clytẽneſtra illius natales exprobás ait:Sí parũ eſt.
Adde & nepos cui Aegiſthus auctore Phœbo gi-
gnor.Haud generis pudet.Quod euacuás Clytẽ-
neſtra ſubdit: Quid deos ꝓbro aduocas:& reliq̃.
Nam ut Lactátius grámaticus ait ſup q̃rto thebai
dos:mox natus a matre ob pudorẽ ꝓiectus eſt:qa
capris nutritus eſt. Aegiſthi nomẽ aſſumpſit. Ná
αιξ græce:latine eſt ugo αιξ aũt capram ſignificat.
Tandem ad regiá ductus in patris ſui uindictam
Atreũ Agamẽnõis & Menelai patrem iterfecit:&
Aamẽnonẽ deide a bello troiano redeũtem cum
Clytemneſtra occidit.Ipſe uero tandem & Clytẽ-
neſtra ab Oreſte interfecti ſunt.

Aegloga cũ.æ.diphthongo ſcribiť:& dici põt quaſi
αἰγων:ideſt capraꝝ ſeu regꝫ paſtoralium logos.i.
ſermo.Nam de caprariis loquiť.

Aegle prima cum.æ.diphthongo ſcribiť:fuit teſte
Homero libro duodecimo odiſſeæ nympha So-
lis filia ex Neæra ut i ea dictione uidebimus: quæ
ſane duæ dictiones ſic quoq; ut ſcripſimus apud
bucolicon Virgilii ſcribendæ ſunt.

Aegon cum.æ.diphthongo ſcribitur: nomen fuit
paſtoris teſte Theocrito.

Aegos cum.æ.diphthongo ſcribiť:fluuius ẽ Thra-
ciæ:in quẽ ſaxum de Sole cecidit:ſecundum qđ lic
teraꝝ ſciẽtia diẽ deſignás Anaxagoras ipſe futurũ
ꝑdixerat:qđ ut teſtať Plini.tpe ſuo monſtrabatur
magnitudie uehibilis:& colore aduſto: At huius
fluuii hoſtia capta fuit a Liſandro athenienſiũ claſ
ſis:ex quo ſecuta eſt illorũ ſeruitus:ut in dictione
Liſander uidebimus.

Aegoceros ſola prima cum.æ.diphthõgo:penultía
cum.c.exili ſcribitur:diciť a noſtris capricornus.
Nam componiť ex ægos.i.capræ & κερας cornu.
Quod ſane animal inter aſtra locatum dicunt:ut
Luca.li.x.Aegoceron cancrũq; tenet.

Aelia cũ.æ.diphthõgo &.i.latino ſcribiť: urbs fuit
Calabriæ.Vnde ælianus:ut in triumphalibus Titi
Plauti apđ Tibur ſcribiť SILVANO AELIANO
PONTI.Eſt etiam nomen proprium.

Aelius cũ.æ.diphthõgo &.i.latino adud antiquos
in marmorum inſcriptionibus deſignatum com
peri:ut AELIVS ADRIANVS.

Aeolus cum.æ.diphthongo & unico.l.ſcribitur:fu
it iouis filius ex aceſta filia Hippotæ troiani:a quo
hippotades:tá a poetis græcis quá latinis cogno-
minatur:ut Homerus libro odiſſeæ decimo : αιο
λοσ ιπποταδησ φιλοσ αθανατοισι θεοισι.Itidẽ
Oui.li.xi.metamor.Aeolon hippotadẽ cohibẽtẽ
carceř uẽtos.Hic teſte Varrone cũ apud nouẽ iſu-
las Siciliæ: & italiæ ꝓpiquas tpibus iliacis regna
ret:ex cõſurgẽtibus nebulis futura flamina ita ue-
ridice ꝑdicebat:ut a rudibus ea ſit creditus in ſua
poteſtate teneř.plinius ãt dixit eũ uẽtorum ratio-
nem inueniſſe.Hunc dicũt græci habuiſſe uxorẽ
Lepatram ex leſtrigonũ genere:ex q̃ filios genuit
teſte Homero libro decimo odiſſeæ duodecim
numero:ſex maſculos & totidẽ fœmellas:quorũ
nomina ſũt Iacaſtus:Zuthus.Phalacrus. Chryſip
pus Pheremon:androcles.Fœminaꝝ uero hæc ſũt
nomina Iphe:aeola:Periboia.Dia : aſticratu : He-
pheſtia:quarum orthographia ſuis dictionibus ex
plicabitur.

Aeolia cũ.æ.diphthõgo &.i.latino ſcribitur duplex
regio eſt:& utráq; ab aeolo iouis filio cognomina
ri puto.Ná teſte Pli.& Solino inſulæ:quæ ſũt i fre
to ſiculo uiginti quinq; milibus paſſuũ ab Italia
diſtantes æoliæ uocantur:& ex ipſis regio fieri ui-
deť:quæ æolia cognominať : dicente Virgilio i li.
primo æneidos de Iunone:æoliá uenit . Has teſte
Solino itali uulcanias uocát:quia ex ipſa natura ſo
li ignea p occulta commercia aut mutuatur æthnæ
incendia:aut ſubminiſtrat.Eaſdẽ ꝑfati auctores ſe
ptem eſſe dixerũt.Seruius uero nouem: Duas par
uulas cõnumerans: quarum cura apud Plinium
& Solinũ nulla fuit:uidelicet Lipare:Hiera:Strõgi
le:Dydime:Eryphiſa:phœnicuſa:ꝓchyta:& Euo
nymon:Quarũ orthographia ſuis dictiõibus an-
notabiť.Et teſte Solino Lipare nomen dedit rex
Liparus.qui eam ante aeolum rexit . alterá Hierá
uocauerunt : quia ea præcipue Vulcano ſacrata ẽ:
& plurimũ colle eminẽtiſſimo ardet: de qua Vir.
libro octauo eneidos:Inſula ſicanium iuxta latus
æoliáq;.Erigitur lipare fumantibus ardua ſaxis:
Quá ſubter ſpecus & ciclopum exeſa caminis átra
æthnæa tonant:ualidique incudibus ictus. Strõgi
le uero æoli domus fuit:ſic dicta:quia minime an
guloſa:quod στρογγιλον.i.rotũdũ indicat.Hæc
teſte Solino ad exortus ſolis conuerſa flammis liq
dioribus differt a cæteris : & cãm efficit : quod ex
eius fumo potiſſimum incolæ præſentiſcunt: qui
nam flatus in triduo pertendat:quo factum eſt ut
æolus rex uentorum crederetur.At æolia:quæ re
gio eſt i Aſia.colonia fuit græcoꝝ:media iter My
ſiam:quæ heleſponto adiacet:ut oſtẽdit Plinius li.
quinto naturalis hiſtoriæ:& ioniá: quæ magis ad
occidẽtem uergit.In q̃ hæ urbes æolides ab Hero
doto libro hiſtoriarũ primo deſcribunť . Cuma
phricõis appellata lariſe.Tenus cũ . t . exili nouus
murus.Cilla cum.i.latino & duplicato.l . nocion.

Aegææ cum.æ.diphthongo utrobiq; ſcribiť:ægie
roeſſa:pitana:myrina : grinia:de quibus i ꝓpriis
dictionibus uidebimus.

Aeola cum.æ.diphthongo ſcribiť.fuit teſte Home
ro in.x.odiſſeæ filia Aeoli ex Lepaira coniuge.

Aeon cũ.æ.diphthõgo ſcribiť:& dicitur apud nos
æuũ p iterlectionẽ.u. ut i ea dictione uidebimus.

Aenaria cum.æ.diphthõgo ſcribitur:iſula eſt in pu
teolano ſinu:q̃ teſte Plinio lib.tertio naturalis hi
ſtoriæ nomen aſſumpſit ab ſtatione nauiũ æneæ
de qua in dictione mintume uidebimus.

Aeneas cum.æ.diphthõgo ſcribitur:fuit anchiſæ fi
lius ex Venere:ut Homerus & Virgilius atteſtanť
Vnde ait Homerus libro ſecundo iliados.
Δαρδανιων αυτουχηγευσπαισ αγχισαο αινειας
τον υπ αγχισητεκε διαφροδιτηι διζ ενκρημνισι
Hoc eſt dardanius ꝑerat formoſus anchiſæ filius
æneas:quẽ dea Venus inemoroſis Idæ collibus:&
concæpit:& pepit.Similiter Vir.i primo æne.Tu
ne ille æneas:quẽ dardanio anchiſæ Alma Venus
phrygii genuit ſimoentis ad undá?Idẽ teſte Ho-
mero li.xi.iliados . e troiais uelut deus i honore a
populo habebať.Et in.xii.eiuſdẽ opis formoſiſſi-

mũ cũ dixit:in quītõ uero late pugnã inter ipſũ &
Diomedẽ deſcripſit. Et queadmodũ a Diomede
īgẽti ſaxo ꝓſtratus a matre Venere tutatus euaſit.
Qui & Venerẽ ipſã tũc quoq; ab eodẽ Diomede. ĩ
extremitate manus extriſecus uſq; ĩ uolam uulne
ratam. Nec longe inde deſcribit idẽ Home. queād
modũ Venus marti primo cõq̃ſta & ĩpetratis ab
eo eqs & curru ĩ liq̃dũ ætherea redut:ubi cõperta
Dione matre ei iteꝝ cõqueſta uulnus oſtẽdit. Cu
ius manũ Dione ꝓhendens. Quis te ĩnqt deorũ le
pidiſſima filia tã ſæue mulctauit: Cui Venus hoc
ad litterã: q̃ traduxius uerba ut refert Homerus
reſpõdens ait. Vulnerauit me ferox tytides conatã
ſurripere e ꝓlio æneã meum:quẽ ãchiſæ genuit:dũ
boues paſceret:inter omnes filios mihi longe cha
riſſimũ. Omnio græcis tã nõ cũ troianis certamẽ
eſt:ſed cum diis:& hæc hactenus. Verum ex ænea
patronymicũ fœmininum ĩ eadẽ litteraturã:hoc
eſt æneas ſecũdum analogiã deducẽdũ eſſet:cũ pa
tronymica fœminina fiãt in maſculinis ſubtracta
de:& terminentur in is uel ĩ as:ut dardanides dar
danis:peliades pelias. Ita æneades æneas facere de/
buiſſet. Sed hæc ut puto cũ cõfuſionẽ generaſſent
contra regulã formauit:primo patronymicũ maſ
culinũ Vir. ĩ ides. & dixitæ nides:ut lib. ix. Sit ſatis
ænide tælis impune Numanũ Oppetiſſe tuis: ubi
ſecundũ regulã dicere debuiſſet æneade:ſed. e. &
a. correptas in. i. productã cõuertit. Sic & patrony/
mico fœminino eadẽ auctoritate dixit ĩ tituli iſcri
ptiõe æneis:& nõ æneas:quẽ Statius ſecutus ĩ fine
thebaidos ait. Viue ꝓcor nec tu diuinã æneida ten
ta. Vnde formauerunt patronymicũ hoc fœmini
nũ in maſculino in hũc modũ:cũ. n. maſculinum
patronymicũ habeat. i. longã p ſyneresim:hoc ẽ p
cõuerſionẽ duaꝝ breuiũ uocaliũ i. i. lõgã: ut cũ ex
peleides dicamus pelides:&. e. atq;. i. breues in. i. lõ
gã cõuertamus. Similiter ꝓ theſeides dicaũs theſi
des:nõ abſolute obſeruamus regulã ĩ patronymi
co fœminino ut tantummodo formeť p ablatio
nẽ ipſius de:ſed ꝓcedens illud. i. lõgũ qd̃ erat ĩ ma
ſculino i. e. &. i. priores uocales reſoluimus:& dici
mus peleis & nõ pelis:theſeis & nõ theſis: ſimili/
ter æneis & nõ ænis. Quæ ob iſcriptionẽ tãti opis
declarare uolui. Quin & progreſſum Virgilii ĩ ex
cellẽtiſſimo poemate ſupaddere libet:quod ex li/
bris Home. uelut. e. quodã ſpeculo formauit. Et
errorẽ qdẽ Aeneæ ex odiſſea:pugnãs uero ex ilia/
de excerpſit. Vnde cũ uellet Hom. li. i. iliad. ĩ ſeſtũ
græcis Apollinẽ facer̃ cãm ſtruxit de Chriſe facer
dotis iniuria:d̃ q̃ ĩ dictiõe chriſeis uidebimus. Vir.
uero modo cõſimili:ut troianis Iunonẽ iniquã fa
ceret:cãꝝ cõgeriẽ ſibi cõparauit. Et cũ primo uer/
ſu ꝓmiſiſſet ꝓductuꝝ ſe d̃ troiæ littoribus Aeneã
cũ ait. troiæ q primus ab oris Italiã fato ꝓfugus
lauinaq; uenit Littora. Vbi deinde ad initium nar
rationis ſuæ deuenit. Aeneæ claſſem nõ de Troia:
ſed de Sicilia produxit:cũ ait: Vix e cõſpectu ſicu/
læ telluris ĩ altũ. Vella dabant læti. Quod totũ ex
Home. textura cõcœptũ ẽ. Nã uitans Homerus ĩ
poemate hiſtoricorum ſimilitudinẽ:q̃bus lex eſt
ab exordio reꝝ incipere:& cõtinuã narrationẽ ad
finẽ uſq; ꝓducere. Ipſe poetica diſciplina a rerũ me

dio cœpit:& ad initiũ poſtmodũ reuerſus ẽ. Itaq;
Vlyxis errorẽ nõ icœpit a troiano littore deſcribe
re. Sed cũ primũ nauigãtẽ eũ ex inſula Caliſonis
faceret ex ſui pſona:poeta ipſe ad pheacas ꝓduxit.
Et illic ĩ alcinoi regis cõuiuio narrauit ulyxes quẽ
admodum de Troia ad Caliſonẽ uſq; ꝑuenit. ab
ide uero uſq; ad Ithacã ex pſona ꝓpria nauigatio
nẽ Vlyxis poeta ipſe proſecutus eſt. Sic in oibus il
lũ Maro ſecutus ex perſona ſua nauigationem Ae
neæ deſcribẽs illũ de Sicilia primũ ad Libyã uſq; ꝓ
ducit:illic uero Aeneas ipſa in conuiuio Didonis
errores ſuos de Troia uſq; ad ea loca enarrauit. Ita
ut tãdẽ diceret: Hic me digreſſum ueſtris deus ap
pulit oris A quibus locis uſq; ad italiã poeta ex pſo
na ſua iter claſſis d̃ſcripſit. Quid q; mira imitatiõe
homerũ ſecutus ẽ. Tẽpeſtas eiuſdẽ fere uerbis uly
xis & Aeneæ deſcribitur. Er ut Nauſica a filia Alci
noi ulyxem cõperit:eũq; humanitate fouet & ad
urbẽ dirigit: Sic uenus ĩ eius locũ apud Vir. ſurro
gatur. Qui & ipſa Dido cõuiuiũ celebrãs Alcinoi
regis cõuiuiũ repreſentat. Strophadũ inſulæ ꝓ ſo/
lis armentis ſurrogãtur. Scylla quoq; & carybdis
& Circe decẽrer attiguntur ut ulyxes ad iferos ex
arte circes deſcẽdit. Sic comitatu ſibyllæ æneas ip
ſe ad eoſdem inferos cõducitur. Elpenori palinu
rus ſurrogať. Et ut aiacis umbra apud inferos col
loquia Vlyxis aufugit:q ſibi cauſa mortis fuerat:
Sic didonis umbra Aeneã ſeq̃ntem reliquit. Et ut
apud Home. Tireſiæ conſilia. Sic apud Virgi. An/
chiſæ monita correſpodent. Prælia deide ex libris
iliados artificio pulcherrimo ſunt cõcæpta. Et ut
apud Homeꝝ græcoꝝ & troianoꝝ auxilia cõnu/
meranť. Sic apud Maronẽ Aeneæ auxilia & Turni
deſcribunť: Fabricatio amorũ Achillis & Aeneæ
cõſimilis. Vt ille in funere Patrocli: Sic hic in anni
uerſariis Anchiſæ uaria ludicrũ certamina conte/
xuit. Et ut apud illũ rũpiť fœdus ĩter priamũ: &
græcoꝝ reges poſt duellũ Paridis & Menelai: Sic
apud noſtrũ iter Aeneã & Latinum rupta fœdera
enarranť. Et ut apud illũ ſpeculatio fit nocturna
p Diomedẽ & Vlyxẽ in q̃ dolon occidiť. Sic apud
noſtrũ Euryali & Niſi: in qua ipſi iteficiunť. Alte/
ratio ẽt Achillis & Agamẽnonis ĩ Drancis & Tur
ni alterationẽ ab noſtro poeta cõmutať. Vtrobiq;
enim alter ſuũ alter publicũ cõmodũ cogitabat.
Quid q; legatio a Turno miſſa repulſã a Diome
de reportãs legationẽ repſentat ad achillẽ miſſam
ut in dictiõe Cryſeis tãgemus. Et ut Home. lamẽ
tationẽ achillis ſupo Patroclo. Sic Virg. illa æneæ
ſup Pallãte cõtexuit. Et ut pugna ſingularis ab il/
lo iter Achillẽ & Hectorẽ: ſic ab iſto iter Eeneã &
Turnũ deſcribiť. Vtrobiq; captiuis inferias deſti/
natis. Illic Patrocli Sulmone q̃ttuor natis: Hic Pal
lãtis totidem iuuenibus quos educabat Vpheus.
Quid q; Lycaõ Homericus iter fugiẽtes ab achil/
le dep̃henſus ad ꝓces confugit. Et nec illi Achilles
pp occiſi patrocli dolorẽ pepcit. Sic æneas Mago
procul iſeſtã cõtẽderat haſtã. Et cũ ille genua am/
plectens uitã ſupplex petiiſſet: reſpõdit belli com/
mertia Turnus ſuſtulit ipſa prior iam tũ Pallante
perẽpto & mille alia: q̃bus ſe inuicem correſpon/
dent. Ita ut Vergilius hoc uno homero p omnem

ſ]am poeſim uſus ſit archetipo.

Aenea cum.æ.diphthōgo & abſq;.s.in fine ſcribiť: fuit teſte Herodoto lib.hiſtoriaꝝ ſeptimo urbis ĩ regiōe creſſæa cōtermina Migdoniæ. Hanc dicit Liuius lib.quadrageſimo ab urbe propinquā eſſe theſſalonicæ.& ab Aenea troiano olim conditam Et ſubdit proficiſcūť a theſſalōica æneā ad ſtatutum ſacrificium.ꝙ Aeneæ conditori cum magna cærimonia quotannis faciunt.

Aenigma cū.æ.diphthōgo &.i.latino ſcribitur:dē ab aliquibus uelata queſtio. Qui.uero libro.viii. de iſtitutione oratoria:dixit ænigma allegoriam eſſe obſcuram.Nā p occultā ſimilitudinē reꝝ obſcuram inter ſe ſententiam gerit.ut marer me genuit:eadē mox gignitur ex me.ſignificat.n.aquā ĩ glaciem concreſcere:& in eandem rurſus effluere & Similia:ūde & Iuuenalis ĩ ſatyra: Stemmata qđ faciūť Veniet de plæbe rogata. Qui iuris modos & legum ænigmata ſoluat.

Aenobarbos cum.æ.diphthōgo ſcribitur. Nomen eſt uiri proprium.

Aenus cum.æ.diphthongo ſcribiť:apud nos ĩdicat laudem:& nomen eſt loci:quin & ab illa deriuata & compoſita:ut epænos:quæ ſimiliter eſt laus: & parenæſis:quæ eſt ammonitio.

Aelo abſq; diphthongo:hoc eſt diuiſis ſyllabis atq; duplicato.l.ſcribiť:fuit una ex Harpyis:ut i dictione harpyia uidebimus.

Aenomia cum.æ.diphthongo &.i.latino ſcribitur Regio eſt.quæ poſtea Theſſalia ab alio rege dicta fuit.Vnde Achilles æmonius diciť:ut Ouidius libro quito faſto. Et gemit alcides:æmoniuſq; puer.Nā ex Phthia & Lariſſa dicitur:ut ĩ illis dictiōibus uidebimus.

Aemus cum.æ.diphthongo:& abſq; aſpiratione a græcis ſcribiť:mōs eſt Thraciæ:qui a rege accæpiſ ſe cognomē diciť:& ut teſtis eſt Plinius libro qrto hiſtoriæ naturalis ſex milibus Paſſuū eſt arduus.Idem Herodotus prius dixerat:ſed iuga humiliora demittens uſq; ad Pharſaliam porrigere illa diciť dicente Lucano libro ſexto.

Cōſpexere procul prærupta caute ſedentem:Qua
iuga deuexus pharſalica porrigit æmus.

Iuxta cuius radices in pharſalia lati conſpiciuntur campi:dicente Virgilio libro primo Georgicoꝝ.

Nec fuit indignum ſuperis bis ſanguine noſtro
Emathiam & lathos æmi pingueſcere campos

Ex huius ſummitatibus teſte Herodoto libro hiſtoriaꝝ.iii.tres magni fluuii uerſus ſeptētrionē ꝓfluunt:& in iſtrum cadunt:uidelicet Atlas:Auras & Tibiſus:ut ĩ eorū dictionibus uidebimus:quin & niuibus illum abundare oſtēdit Ouidi.li.faſto. primo cū dicit.Et qcunq; tuas accoliræme niues.

Aemilus cum.æ.diphthongo.&.i.latino utrobiq; ſcribi.Verum a græcis aſpiratur.Nam ut puto ab αἶμα:quod ſāguinem idicat:& cū aſpiratione ſcribiť deducunt.Sed apud noſtros:ut in marmoreis inſcriptionibus & emēdatiſſimis aſpexi:ſemper ſine aſpiratōe ſcriptū cōperi:qđ obſeruať debemus.

Aepitus cū.æ.diphthongo.y.græco:atq;.t.exili ſcribitur: fuit arcas genere.& nobilis heros inter græcos adeuntes Troiam de quo meminit Homerus libro ſecundo iliados.

Aeſapus cum.æ.diphthongo &.a.ante.p.ſcribitur fuit teſte homero libro ſexto iliados filius Bucolicis maximi filiorum Laomedōtis:fuit etiam troiani fluuii nomē:ut libro duodecimo iliados oſtēdit idem Homerus:libro ſecundo monſtrauit illum ad radices idæ fuiſſe.De quo ēt Heſiodus in theogonia meminit.

Aeſageus cum.æ.diphthongo in prima ſcribitur: mons ponitur ab Homero in hyemis.

Aeſareus cū.æ.diphthongo &.i.latino ſcribitur:fluuius ponitur a Theocrito:quē i ſicilia quidā illius expoſitores eſſe affirmāt. Alii uero i Calabria apđ Crotonem:Cuius meminit Oui.li.xv.metamor.

Aecus cum.æ.diphthongo &.c.exili atq;.i.latino ſcribiť fuit teſte Ser.ſuper.vi.ænei.Iouis ex Europa filius:de quo eqdē miror cū dicat Seneca i Hercule furēte:& Ouid. libro metamor.ſeptimo illū Iouis fuiſſe filiū ex ægina. Vnde patriæ ſuæ nomē deſcribēs æacus apud Oui.ait:ænopiā ueteres appellaueť:ſed ipe æacus æginā genitricis noīe dixit. Hūc dixere poetæ iudicē cū Minoe:& Rhadamātho cōſtitutus eē:& peccatū delicta diſcutere.

Aeacides cum.æ.diphthongo:&.c.exili atq;.i.latio ſcribiť:poniť plærūq; ꝓ achille:ueluti patronymicum tractū ab auo paterno:qui dictus fuit æacus: alius fuit æacides rex epyri: & Pirrhi bellaciſſimi pater:ut oſtēdit Iuſtinus lib.ſui epitomatis ſeptio.

Aedonus cū.æ.diphpthōgo apud Herodoti codicē emēdatiſſimū libro hiſtoriaꝝ.vii.ꝑ ꝓ mōre thraciæ ſcriptū legi:uidelicet αἰδωνοσ: Quā ſcripturam accuratiſſime Virgi.lib.xii. obſeruaſſe uideť cū ait:ac ueluti ædoni boreæ cū ſpiritus alto inſonat ægæo:ſeqturq; ad littora fluctus:& eū ſecutus Statius ait.Triſtius hedoni hyemis hebrūq; niualem:ubi non ſit remotio. At uero Lucanus ædon ædonis declinaſſe uideť:eo ꝙ penultimā breuem poſuit cum ait:ædonis egyrio decurrit plena lyeo ſed ut alii dicunt ſyſtolē fecit:aut legunt ædoni.

Aegæ cū.æ.diphthōgo tā i pria q̄ i ſecūda ſcribitur: fuit teſte Hero.urbs Macedoniæ: quā Caranum quēdā a capris ſic cognominaſſe accæpimus. Ignoro tamē an de hac uel inſula i mari ægæo loquať Homerus circa initiū libri tertiidecimi ilia. Cū de neptūno locutus in hanc ſniam ait:terconatus eſt ægeas petere ubi in mediis aquis phanum habet: & i phano armaturā auream immortalēq;:ſed de hoc in dictiōe ægæum mare ſtatim uidebimus.

Aegeus cum.æ. diphthongo in:prima in ſecunda cum.u.diphthongo ſcribiť:fuit athenarum Rex: & pater Theſei:quē ex æthra filia Pictei regis Troezeni prima ſua uxore ſuſcæpit:poſt cuius mortē iā ſenex Medeā ab Iaſone abdicatam accæpit uxorē.ex qua Medū progenuit.Vt i dictiōe Medea uidebimus.Tādem cum crediditſſet Theſeum deuoratum a minotauro ſe in mare præcipitē dedit: & nomen ægeo ut multi ferūt mari contulit: a quo ægides pro Theſeo ipſius ægei filio patronymicū deducitur:ut Oui.lib.ii.de ponto.Nō hæc ægidæ pithoiq; fides:Et in quarta epiſtolaꝝ heroidū.

Perfidus ægides ducentia fila ſecutus
Curua quoq; effugit tecta ſororis ope.

Aegæum mare ſimili modo cum.æ.diphthongo ĩ prima & in ſecunda ſcribitur:quidã uolũt a ſcopulo inter Tenedum & Chium inſulas conſurgente: atq; capræ effigiẽ ditinente:quã græci αἶγα ideſt capram uocãt nomen aſſũpſiſſe.alii uero ab ægeo athenarum rege in illo præcipitato ut ſupra uidimus cognominatum.Et ex orientali parte incipit ab initio heleſpõti:& uſq; ad peloponneſum uerſus occidentem terminatur.

Aegæon cum.æ.diphthongo in prima & in ſecũda ſcribitur:nomen fuit propriũ gigantis interpretatum tergigena:quem cælicolæ Briarea uocant.

Aegilaus cum.æ.diphthongo.&.i.latino ſcribitur: dici poteſt latine litus:quo nomine teſte Plini.lib. iiii.naturalis hiſtoriæ dicta ẽ prius achaia propter urbes ut dixit in littore p ordinem diſpoſitas.

Aegialea prima tantũmodo cum.æ.diphthongo & ſeq̃ns cũ.i.latino ſcribiť: fuit teſte Home.lib.v. Iliad.filia adraſti & uxor Diomedis. Quã uenus ĩ uidictã uulneris ſuſcæpti a Diomede fecit neceſſarios in maritalis deſiderii ſolatium conuocare.

Aegides cum.i.latino ſcribitur.pro Theſeo poniť: ut uidimus in dictione ægeus.

Aegina cũ.æ. diphthongo:&.i.latino ſcribitur:filia fuit Aſopi regis Boetiæ a Ioue i ſpẽ ignis grauidata dicente Oui.lib.vi.metamorphoſeos:aureus ut Danaen aſopida luſerit ignis:ut ĩ dictione aſopus uidebimus:ex quo æcum & Rhadamanthũ peperit:a qua & iſula & urbs:quæ prius dicebať Enopia ægina cognominata fuit. Vnde Oui. lib. ſeptimo metamorpho.inquit. Enopiã ueteres appellauere:ſed ipſe æacus æginam genitricis nomĩe dixit:Vnde ait Homerus ĩ hymno apollinis: νησου τ᾽ αἴγινα. Et Pli.li.xxxiiii.natura.hiſto.iqt:iſula ex ipſa ẽ ægina nec igens:ſed officinarũ temperatura nobilitata. Bos æreus ide captus ĩ foro boario ẽ: De quo uidebimus ĩ dictione Roma.

Aegeria cum.æ.diphthõgo:&.i.latino ĩpenultima ſcribiť:fuit nympha nemoris aricini:& uxor Numæ pompilii ſecundi regis romanoꝝ. quæ teſte. Ouid.li.xv.metamor.mortuo Numa ob dolorẽ flendo in fontem ſui nominis uerſa fuit. Vnde ẽt libro faſtoꝝ tertio de illa inquit.

Nympha mone nemori ſtagnoq; operata dianæ
Nympha Numæ coniunx ad tua ſacta ueni.
Vallis aricinæ ſilua præcinctus opaca.
Eſt locus antiqua religione ſacer.
Hic latet Hyppolitus furiis diſtractus equorum:
Vnde nemus nullis illud additur equis.

Nam ĩ eo nemore ut ſubſequenter idẽ poeta ꝓſeqť.nympha ipſa habitabat:quod ſane nemus uſque ad ariciam:quæ iuxta uellatras ab roma uigiti milibus paſſuum diſtat fere protendebať. Nam ut ait Liuius libro primo ab urbe. Cum Numa religionẽ & dei metum romanis incutere ſtatueret nec deſcendere ad aĩos ſine aliquo cõmento miraculi poſſet:ſimular ſibi cũ dea Aegeria congreſſus nocturnos eẽ:eius ſe monitu:q̃ accæptiſſima diis eẽ diis ſacra inſtituere. Naq; in nemus aricinum: ut alii hoc idẽ proſequũtur in tempeſtate noctis ſilẽtio ſe cũ qbuſdã ſociis conſerebat. Illic cauo quodã & umbroſo ſpeculoſus ſũmontis arbitris morabãť ad fontem uiuæ aquæ:rediens comitibus uenaratione pfuſis cum dea Aegria ſe manſiſſe dicebat:cuius monitu ꝓfitebatur ſacra diis accæptiſſima ordinare. Quare & illũ locũ camenis cõſecrauit:dicente Ouidió præfato faſtoꝝ libro.

Aegeria eſt:quæ p̃bet aquas dea grata camenis.
Illa Numæ coniunx conſiliumq; fuit.

Aetiops cum.æ.diphthõgo &.th.aſpirato atq;.i.latino ſcribiť:fuit teſte Plinio libro.vi.naturalis hiſto. Vulcani filius:a ſe Aethiopiã omnem cui p̃fuit denominãs. Nã deriuať ab αἴθω:quod eſt cremo: & teſte Seruio ſuper æneidos.vii.¡dicebatur apud antiquos æthiopus.

Aetna cum.æ.diphthõgo &.t. non aſpirato ſequẽte.n.ſcribitur mons eſt Siciliæ ab oibus poetis ob igneos globos: quos euomit decantatus. Vnde ætneus cũ.æ.diphthõgo ĩ prima & penultima deduciť Virgilius libro æneidos.iii. Aetneos fratres cælo capita alta ferentes.

Aetolia cũ.æ.diphthongo &.t.non aſpirato atq;.i.latino ſcribitur:regio eſt cõtigua acarnanie Phocidiq; & locris. Quin & corinthiaco ſinu a. Pelopõneſo diuidiť ab ætolo rege Martis filio nomẽ habẽs:ĩ hac teſte Homero libro iliados ſecũdo tres erãt urbes: Calidon:Olenos:& Pleuron. Oui.ẽt li. iiii.de ſine titulo inquit:Nec tãti Calidon: nec tota ætolia tãti. Et ab Aetolia patriũ nomẽ ætolus cũ accentu in penultima deduciť. Virgi.li.xi.æneí.
Non erit auxilia nobis ætolus & arpi.

Aethon cum.æ. diphthõgo &.th aſpirato ſcribiť fuit nomẽ cuiuſdã equi Hectoris: ut oſtendit Homerus libro octauo iliados: & deduci poteſt uel ex ἀεὶ:qd eſt ſemper:& θέω curro:quaſi ſemp currens uel ab αἴθω:quod eſt ardeo:quaſi ardens cognominatus fuerit. Quo nomine etiã ꝓ equo Pallantis uſus eſt Virgilius libro undecimo:cum ĩ funerali pompa Pallantis inquit.
Poſt bellator equus poſitis inſignibus æthon.

Aepia cum.æ. diphthõgo:&.i.latino ſcribiť: apud græcos tamẽ ĩ penultima ẽ ĩ ει diphthõgus:q̃ apd nos in.i. longã cõuerſa fuit: urbs fuit in agro propinqua Pilo:& ex his quæ ſuberant Agamẽnoni. Vt oſtendit Homerus libro nono iliados.

Aepy cum.æ.diphthongo &.y.græco ſcribiť:fuit urbs ſubditiõe neſtoris: quã bene munitam dixit Homerus libro iliados ſecundo. Et in montibus ſitam eſſe oſtẽdit Statius libro quarto thebaidos cũ ait. Quos trion ĩ ſummis igeſtũ mõtibus æpi.

Aepolus cum.æ.diphthõgo ſcribiť:apud nos dici poteſt caprarius:quaſi αἰγῶν ideſt caprarũ πόλος voiσ paſtor:ut quidã uolunt. & ide æpoliũ caprarum grex:ut in dictione buccolicis uidebimus.

Aeſtimo cum.æ.diphthongo ſequente.s. nõ.x. cõſonãte ſcribiť. Et cõponiť ab æs æris:& τιμῶ uerbo græco:quod latine eſt apprecio. Vnde proprie taxare ſignificat:quod qa ſine ſpirituali cõſideratiõe fieri nõ põt tractũ ẽ:ut æſtimare ꝓ cõſiderare ponamus. Cic. de legibus. Siſeſenna eius amicus omnes adhuc ſcriptores:niſi q forte nondum ediderũt de qbus eſtimať nõ poſſumus facile ſupauit Ouidius de triſtibus libro tertio. Hæc quicunq; leget ſiquis leget æſtimet ante compoſitũ quo lit

tpe quoq; loco: At uero exiſtimaſ abſq; diphthõgo & cũ.x.cõſonãte poſt.e.iudicaſ eſt:ſiue etiã putare.ita prius rẽ æſtimamus:deide qualis ſit exiſtimamus.ſicut prius cogitare eſt quã excogitare.

Aethica cum.æ.diphthõgo ut nõnulli uolũt &.th.aſpirato atq;.i.latino ſcribiſ. Verũ ſecundũ ꝑpriã orthographiã qui a græco trahiſ:p ſimplex.e.ſcribenda ea dictio eſſet:cũ apud græcos ηθικη ſcribaſ Cuius prima eſt.η.quod ut ſupra uidimus i.e.noſtrum regulariter traduci debet.Sed ut ait apuleius grãmaticus egregius: q̃a illud.η.apud græcos ſemper eſt ꝑductu:& apud nos nõ ẽ ipſius.e.ꝑducti.a.correpto in figura diſcretio: placuit maioribus noſtris i aliq̃bus dictionibus:q̃s ex græcis trãſcribimus p diphthõgum hoc ipſum diſcerneſ:& maxime in hac dictione: cuius maniſeſta uidebiſ ratio in dictio æthos:cuius prima ſecundum unã quidem ſignificatiõem abſq; diphthõgo a græcis & noſtris ſcribitur:atq; apud utroſq; corripiſ: Secũdũ aliã uero ꝑduciſ.Et licet apud græcos. ſit.η. ut eadem lõga apud noſtros cognoſcaſ:p.æ.diphthongum ſcribi a plæriſq; cõſuenit: ut ẽt uidebimus i dictione cæra:& dictiõe ſcæna. Ttraducitur aũt ætica a noſtris moralis.

Aeuũ cum.æ.diphthongo ſcribiſ:& ab αἰων teſte Apuleio grãmatico latini traxerũt:ipſũ uidelicet. u.interiacentes hiatus cauſa uitandi.

Agamẽnon ultima cũ.m.ante.n.ſcribiſ: fuit Atrei filius ex uxore Merope. & rex Micœnaꝶ: fraterq; natu maior Menelai.ut poetæ omnes atteſtantur

Aganippe cũ.i.latino:& duplicato.p. ſcribitur:fons ẽ in Aonia muſis ſacer:ut Virgilius in Gallo.neq; aoniæ aganippæ.Et Iuue.cum deſertis aganippes. Vallibus eſuriens migraret in atria clio. Et cõponiſ ex αγαν quod eſt ualde & hippos equus quaſi proprie ſit equi:hoc eſt ab equo formatus. Diciſ etiam aganippis & i genitiuo aganippos.ut Ouidius circa initium libri quinti faſtoꝶ.

Dicite q̃ fontes aganippidos hippocrines.
Grata meduſei ſigna teneris equi.

Agalmata cũ.t.nõ aſpirato ſcribiſ:& apud nos indicat ſimulachra & laruas.cuius ſingulare ẽ agalma:

A gapenor cũ.e.abſq; diphthõgo ſcribiſ :fuit ancæi filius.& teſte Homero lib. ſecũdo illiados ꝓfectus claſſis Agamẽnonis accedẽtis ad Troiã.

Agaſides cũ.i.latĩo &.e.nõ aſpirato ſcribiſ:fuit lacedæmoniorum rex: ut oſtendit Pluarchus in dictis laconicis.

Agaſtheneus cum.th. aſpirato ſcribſ:fuit teſte Home.li.ſecũdo iliad.filius Augei ex Emea helidis patria:& pſ formoſi Polyxeni : qui ex nauibus ſuæ gentis pfuit in expeditione troiana.

Agaſtrophus cum.r.nõ aſpirato:&.ph.cum aſpiratione ſcribitur:habetq; apud græcos accentu i antepenultima:fuit teſte Home.lib.undecimo iliad. Pæonis ſilius: & heros inter primos troianorum bellatores ſed a Diomede apud coxã lancea in bello percuſſus mortem obiit.

Agatharchides cũ.th.&.ch.aſpiratus atq;.i.latino ſcribiſ:fuit hiſtoricus ſamius:de quo Plutarchus meminit in hiſtoria perſica.

Agathyrſi cum.th.aſpirato &.y.græco ſcribiſ:ſunt thracũ populi quos. ſcyta uocat Herodo.ab agathyrſo Herculis filio: ut li.hiſtoriaꝶ tertio refert cognominati.Hi ut ait Põponius li.ſecundo cæruleo ſunt coloſ depicti.Quare dixit Virg.li.quarto æneí.Creteſq; driopeſq; fremũt:pictiq; agathyrſi. Nec hoc ſine differẽtia fieri dixit pomponius.Sed quanto quis anteit:tanto ꝓpẽſiori notat tingitur ut minus ungi appareat humilitatis indicium.

Agathocles cũ.th.aſpirato &.c.exili ſcribiſ:fuit teſtibus Pultarcho & Iuſtino lib.xxii.ſui epithomathis Siciliæ tyrãnus ex humili genere natus.uidelicet patre figulo:alius fuit teſte Varrone lib.i.reꝶ ruſticaꝶ philoſophus:qui de agricultura ſcripſit.

Agauni cũ.au.diphthongo ipenultima ſcribiſ:populi ſunt ſeptẽtrionales: quos Home. circa initiũ. xiii.libri iliad.dixit gentẽ innocentiſſimã: ut quæ ſine ullis diuitiis e quino uictitabat lacte.

Agillina cũ duplicato.l.&.i.latino ſcribiſ: fuit teſte Seruio ſup octauũ æni.urbs in Thuſcia:ſic quoq; dicta a noie cõditoris:quẽ uirgilius I eodẽ libro ex Lydia aduenisſe oſtẽdit ubi ait:Haud ꝓcul hic ſaxo icoliſ fũdata ueſtuto Vrbis agellinæ ſedes : ubi lidya quondã Gens bello præclara iugis inſendit hetruſcis. Hanc poſtea dictam Cærete cum.c.exili &.æ.diphthongo:ut in ea dictione uidebimus.

Agenor cum.e.abſq; aliquo diphthongo ſcribitur fuit rex phœnicũ:& filius Beli phœnicũ regis. Eodem nomine teſte Homero libro undecimo iliados uocatus fuit antenoris ſilius.

Agerochus cũ.ch.aſpirato ſcribitur:Fuit teſte Homero lipro undecimo odiſſeæ filius nelei ex Chlori uxore:&frater neſtoris.

A glaophon cũ.o.ante.ph.aſpiratũ ſcribiſ:fuit teſte Quintilia.li.xii.de inſtitutiõe oratoria antiquiſſimus & clarus pictor.Cuius ex alterius polygnoti ſimplex color tã ſui ſtudioſus:ut idẽ Quintili.refert etiã tũc habebat:ut illa ꝓpe rudia:ac uelut futuræ mox artis primordia maximis q poſt eos extiterũt pictoribus ꝓferant:proprio quodã intelligendi ambitu:ut ſua fert opinio:

A glyphos cũ.y.grræco ſcribiſ:dici põt a noſtris nõ ſculptus.Nam cõponiſ ex a:qđ negationẽ dicit:& glyphos qui eſt ſcuptus.Id enim a γλυφω uerbo græco:qđ eſt ſculpo deſcendit.

Agis cũ.i.lario ſcribiſ: & a nõnullis ex nr̃is ægides dr̃:fuit teſte Herodo.li.hiſto.i.lacedæmõioꝶ rex q cũ atheniẽſibꝫ cruẽtiſſima bella geſſit:alius fuit lycius:đ quo Vir.li.æne.x.Et lycius ꝓceſſerat agis.

Agyllei cum.y.græco & duplicato.l.atq;.æ.diphtõgo ſcribiſ:populi ſunt ſcithici.

Agnus cũ.g.ante.n.ſcribiſ:dici põt a noſtris caſtus & mundus:ideoq; ex illo caſtã & purã hoſtiã offerri dixit Feſtus.Erat q; eodẽ teſte apud maiores noſtros cõmunis generis ſicut & lupus.

Aglaia cũ.i.latino ſcribiſ:nõ.n.apud græcos diphthongus habeſ:ſed.i.uocalis eſt:& diuiſa a primo a ſcribiſ:fuit una gratiaꝶ.ut uidebimus i dictiõe charites:quæ apud nos claritudinẽ indicat.

A gonia cũ.i.latino ſcribiſ:a noſtris ludi dicuntur: quos ut ait Ouid.li.faſtoꝶ prio. Et prius ãtiquus dicebat agonia ſermo.Nã accentũ habet in antepenultima.& cõpoſita dictio eſt ex:a quod eſt ſine &

gonia anguli:quia ut ait Feſtus locus ī quo huiuſ/
modi ludi facti ſunt:fuit ſine angulo. Et inde ago/
nalia deducit̃.qđ idē deſignat. Et locus agon ut ēt
circus flāmineus Rome hodierna die uocat̃.
Agoræus cū.æ.diphthongo in penultima ſcribit̃:
dici pōt a noſtris nūdiarius uel forēſis. Vnde & ad
plæbeium transfert̃. Hora. Dauniæ defende de/
cus camenæ leuis agoreæ.
Agonotheta penultīa cū.th. aſpirato:& ultīa cū.e.
exili ſcribit̃ dicit̃ latine numeratius: Nā cōponit̃
ex αγωνοσ: ideſt certaminis: & θετισ diſpoſitor.
Aglauros cū.au.diphthōgo ſcribit̃:fuit filia Eri/
thei athenarū regis:de qua Ouidi.li. ſecundo me/
tamorphoſeon ſcripſit.
Agricola cum.i.latino &.c.abſq; aſpiratione ſcripi
tur.græcum uocabulū totū eſt:ut nōnulli cōten/
dunt.& ab αργικοσ tranſlatū:qui ruſticus inter
pretatur:hoc eſt εν τοσ αγρο.i.in agro:ut ſunt οἰ
κων habitās uel degēs. Vnde cū apud illos penulti
ma diphthongum habeat.oi. Nos abiecto.o. ſolū
.i.retinēus quanq̄ i rectiſſima ſcriptura agrœcolā
cum.œ.etiam apud noſtros illi idem ſcribendum
uelint. Quos paruo argumēto confundere libet:
cum antepenultimā breuem habeat. Virgilius li/
bro georgicorum primo.
Agricola incuruo terram molitus aratro.
Quare cōpoſitum illud uocabulū dicius ex græ/
co & latino. Ex græco quidem quod eſt αγροσ.
Ex latino uero quod eſt colo:quaſi proprie dicat̃
agricultor:ſiue ruricola. Quāobrē Columella ap/
probatiſſimus auctor libro primo de agricultura
conquerens ſui tp̄is molliciē ait. At mehercule ue
re illa ꝓles Romuli aſſiduis uēatiōibus: nec mīus
agreſtibus opibus exercitata firmiſſimis ꝑualuit
corpibus ac militiā belli cū res poſtulauit: facile:
ſuſtinuit:duratā pacis laboribus ſempq; ruſticam
plæbē urbāæ ꝑpoſuit: Et paulopoſt ſubiūxit:illis
tp̄ibus ꝓceres ciuitatis morabāt̃ ī agris. Et cū cōſi
liū publicū aliq̄ depoſcebat:a uillis ī ſenatū accerſe
bant̃.ex quo q eos euocabant uiatores appellaba/
tur. Hæc ille. Ideoq; contra Criticū induentē mul
ticia inuehens Iuuena. in ſecunda ſaty. ait.
En habitum quo leges ac iura ferentem
Vulneribus crudis populus modo uictor & illud.
Montanum poſitis audiret uulgus aratris.
Nā ūt ait Cato fortiſſimi uiri:& milites ſtrenuiſſi
mi ex agricolis gignūtur mīneq; male cogitāres
qd quod teſte Pli. circa initiū li. xviii. naturalis hi/
ſtoriæ:agrū male colere cenſoriū ꝓbū iudicabat̃.
Vnde teſte Catōe cū uirū bonūq; colonū dixiſſēt:
ampliſſime laudaſſe exiſtimabāt. Hinc & eodem
Plinio teſte locupletes dicebant loci:hoc eſt agri
plenos pecunia etiam ipſa a pecore appellabatur.
Quid aliđ Nōne & camillus curii & ciciatus agri
culturā ꝓpriis mābus exercercebāt.dicēte Luca.
Paupertatis fugit̃ rotoq; arceſſitur orbe.
Quo gens quæq; perit.tunc lōgus iungere fines.
Agrorum & quondam duro ſulcata camilli
Vomere & antiquos curionum paſſa ligones
Longa ſub innotis extendere rura colonis.
Nam ut etiam Ouidius libro faſtorum rettulit:
Aut pecus aut latum diues habebat humum.

Hinc etiam locuples:hinc ipſa pecunia dicta eſt.
Sed iam de uetito quiſq; parabat opes.
Vnde teſte pli. li. xviii. Mulctatio quo nō niſi oui/
um boūq; īpēdio dicebat̃ & cautū qppe erat ne bo
uē priuſq̄ ouē noiaret:q idiceret mulctā ludos bo
um cā:celebrātes:bubetios uocabāt.paſcua dicūt̃
oīa ex qbus populus reditus hēt: quia diu hoc ſo/
lū uectigal fuerat. Et infra ſubdit idē pli. M. quidē
Curii poſt triūphos imenſūq; terra adiectū īperio
nota ſancitū ē pniitioſū itelligi ciuē cui ſeptē iuge/
ra nō eſſet ſatis: Hæc āt mēſura plæbi poſt exactos
reges aſſignata ē. Et nō lōge ſupra in eodem libro
iugeri uocabulū explanās ait iugerū uucabat̃: qđ
uno iugo boū in die exarari poſſet: Hoc ēt ſecūdū
alioꝝ deſignationē ſignificat menſurā quadragin
ta pedū: qa tātū ſolet uno die par boū arare. Vnde
pergit idē pli. actus dicit̃ in quo boues agerent̃ cū
aratro uno īpetu iuſto. Hic erat cētū & uiginti pe
dum:& duplicatus in longitudinē iugerum facie
bat. Et ſequitur idē auctor. Dona imperatorū ac
fortium ciuiū uno quantū die plurimū arauiſſet.
Hæc ille. Verū iugerū in ſingulari ſecundæ eſt de/
clinationis. Nec iuger apud probatos auctores cō
peritur:in plurali uero tertiæ declinationis eſt &
iugeribus facit: Itaq; hoc loco auctoritati Priſciani
nō aſſentio. qui abſq; auctoꝝ teſtimoniu iuger cō
peri dixit. Sed longe poſt i eodē libro quærit Pli.
quæ nam ergo tantæ ubertatis quæ tūc habebat̃
cā erat. Cui quæſtiōi per hæc uerba reſpōde quia
ipſorū tum manibus imperatorū colebant̃ agri:
ut fas ē credere gaudēte terra uomere laureato &
triumphali aratore: Siue illi eadē cura ſemina tra/
ctabāt qua bella:eadēq; diligētia arua diſponebāt
q̄ caſtra. Siue honeſtis mābus oīa lætius ꝓueniūt
quoniā & curioſus fiūt Serentē īueniūt dati hono
res Seranū. Vii cognomē arāti quattuor ſua iuge/
ra in uaticano:quæ prata qntia appellant̃. Cincina
to uiator attulit dictaturā: Et poſt hæc nun longe
ſubdit. De cultura agri ꝑcipere pricipale. Fuit etiā
apđ exteros. Siquidē & reges fecere: Hieron. Philo
metor: Attalus: Archelaus. Et duces Xenophō:&
pœnus:ēt mago.cui qdē tantū honorē ſenatus nr̄
attribuit Carthagine capta:ut cū regulis Aphri/
cæ bibliothecis donaret:unius eius duo de trigin/
ta uolumia cēſeret in latinā liguā trāſferenda. Cū iā
præcepta Marcus cato condidiſſet peritiſq; liguæ
pœnicæ datū fuit negociū. Similiter Marcus Var/
ro ſeptuageſimū primū uilæ ānū gerēs de ea re ꝓ
dēdū putauit ſed iā agriculturæ uucabula quædā
explananda tranſeundū duxi. ager dicit̃ a Marco
Varone de ligua latina. quod i eo aliquid āgat̃: id
Quintilianus libro inſtitutionum primo deriſit
græcū eē uocabulū dixt. Nā græci αγροσ dicitur
qui teſte Vlpiano locus eſt ſine uilla: quem latine
nōnulli fundū interprætati ſunt. Vnde ait idē Vl/
pianus plærunq; fundū ſine uilla accipimus quaſi
id eſſe quod ager intelligere uoluerit. Cui florenti
nus iuriſcōſultus de uerborum ſignificationē cō/
tradicet̃ uidetur. Ait fūdi appellatiōe omne ædifi
cium & omnis ager continetur. Sed in uſu urba/
na ædificia ædes:ruſtica uillæ dicuntur. Locus ue/
ro ſine ædificio in urbe area:rure autem ager ap/

pellatur.Idemq; ager cũ ædificio fundus dicitur.
Hæc ille.Et ſic diuerſæ prorſus uidentur iuriſcon
ſultorũ ſententiæ.Nã quod Vlpianus ait plærũq;
fundum ſine uilla:hoc eſt ſine ædificio accipi.Flo
rẽtinus ait ager ſine ædificio fũdus dicitur. Sed ut
puto hic latius fundi uocabulum:ille ſtrictius ac-
cæpit.Nã ſecũdum Vlpiani ſentẽtiam locutus ui-
det Varro lib.v.de lingua latina cum ait: fundus
dictus ꝙ uidebat:pecudũ:aut pecuniæ fũdamẽtũ:
aut ꝙ fundit quotquot ãnis multa· Itaq; ut hunc
ꝓpriũ fũdi ſignificatũ exiſtimẽ.Secũdum uero la
tiorem Florentini accæptionem locutus uidetur
Seruius ſup ſecũdũ geor.cũ ait:fũdus ab eo dicit.
quod ſit rerũ oĩum fũdamẽtũ.Verũ quia iuriſcon
ſultorũ cõtinuata uerba nõ legĩus ſed de illorũ opi
bus quædã excerpta tenemus:nemo de rebus aut
uerbis ut puto plenã ſemp ſniam hẽre põt.Nam q̃-
rit modeſtinus de uerborũ ſignificatione fundus a
poſſeſſione uel agro uel ꝑdio quid diſtet & reſpon
det dicẽs:fũdus ẽ oẽ qcqd ſolo cõtinet:ager ẽ ſpẽs
fundi:quæ ad uſũ hoĩs parat:Poſſeſſio ab agro iu
ris ꝓprietate diſtat.Quid.n.apphẽdimus cuius ꝓ
prietas ad nos nõ ptiet:aut nec põt ptiere:hoc poſ
ſeſſionẽ appellamus poſſeſſio ergo uſus:ager pro
pireras loci eſt ꝑdiũ utriuſq; ſupraſcriptæ generale
nomẽ eſt.Nã ager & poſſeſſio huius appellationis
ſpẽs ſũt hæc ille & certe.niſi ad aliud ĩtentionẽ ſuã
referre hic uoluerit duod ſcriptum nos habemus
ridicule potius ne dicã ĩperite locutus uidet.Et p
ĩde ac ſiqs de uirtutibus & uitiis q̃rat:ĩ quo prauũ
& malũ differãt:ac reſpõdeat:prauũ.i.quod nõ eſt
rectũ:ut lignũ prauũ:malũ uero genus pomi ẽ.Nã
qd hoc foret dictũ ineptius.ubi de q̃litatibus agit
digredi ad ſubſtantiã:quæ ad rẽ nõ ptineat.Ita hic
cũ de fũdo cũ de agro:de ꝑdio:de poſſeſſiõe diſpu
tat:non de ea ſignificatione poſſeſſionis loqt qua
rei ꝓprietas & ſubſtãtia intelligit:ſed ad qualitatẽ
ipſam poſſidẽdi digredit. Quod ſi ita ẽ qd affini-
us habet poſſeſſio ad fũdũ agrũ ꝑdiũ:q̃ ad ueſtẽ:
mulũ:aut equũ.Nã harũ rerũ ita poſſeſſio ẽ ut illa-
rũ.Sed nõ de huiuſmõi poſſeſſiõe loquẽdũ erat:q̃
ꝑſertim nõ eſt ut ipſe ait ſpẽs ꝑdii:uel fundi.nam
ꝑdiũ fũdus ue ꝓprietas eſt:quorũ utrumlibet ſi ge
nerale nomẽ eſt ad poſſeſſionẽ ꝑfecto nõ uſus ſed
proprietas dicẽda Modeſtino poſſeſſio fuit. Nãq;
poſſeſſinẽ ꝓprietatẽ eſſe oſtendit Cice.in parado
xis ita ſcribẽs.Et eni iſti calidi æſtimatores prata
& areas magni æſtimant:quod ei generi poſſeſſio
num minime noceri põt.Idẽ Quintilia.lib.vi. de
oratoria inſtitutione oſtẽdit dicẽs.Patris eius dia-
logos dedit legẽdos:quorũ cũ ĩ priuernati unus:al
ter in albano:tertius in tyburte ſermonẽ habitũ
complecteretur:requirebãt ubi eẽnt hæ poſſeſſiões:
Oẽs aũt illas Brutus uẽdiderat.De ꝓprietate certe
locutus ẽ:& nõ uſu.Nec ſimpliciter agrũ eſſe fun
dũ ſine uilla placet.ut dixit Vlpia.cũ ſæpe legamus
erãt ĩ agris ſenatores.Et uixerũt multi nobiliſſimi
philoſophi in agris. Vñ ait ſupius Columella il-
lis tpibus ꝓceres ciuitatis morabãtur ĩ agris.Nec
exiſtimãdũ ẽ ſine uilla:aut habitatiõe.Itaq; puto
agrũ græce:latie rus dici:& cõtiere fudũ nõ cõtieri
ab illo.Vnde ꝓpe ager ẽ circũiectũ urbi territoriũ

ut ager cãpãus ager leõtius:ager phaliſcus.& ſimi-
les.At ſigula prata:ſigulæ uieæ:ſiguli horti:ſingu
la oliueta: pomaria:ſalicta:arbuſta:paſcua:nemo-
ra.loca aucupatoria:uenatoria:piſcatoria: Siue uil
lã atq; ædificiũ ſiue piſcinã.atq; aluearia:ſiue uiua
ria.hẽant ſiue nõ habeãt ſinguli fundi ſũt.Et qui-
dẽ ĩ agro:ĩ urbe ãt ſiue oppido:ſiue uico ſiue caſtel
lo tãtũ mõ poſſeſſio ẽ qcqd tale ẽ:qualia hæc quæ
enũeraui.Sicq; fũdus ſpẽs ẽ agri ſiue ruris poſſeſ-
ſio: ãt generalius oĩbus ẽ: qa ruſtica & urbana.Nã
tabernæ hoſpitia:horrea ĩ urbe poſſeſſiões urbãæ
ſũt. Ci.ĩ philip.poſſeſſiões igt notabat & urbanas
& ruſticas.At uero ꝑdiũ dictũ legĩus:qđ ex agrorũ
ꝑdia ãtiqtus militibus diſtrubui cõſueuerat.Qua
re mĩus agro & maius fũdo dici poſſe uidet. Verũ
& ipẽ ager nõ ſemp ĩ ea quã dixius ſignificatiõe ac
cipit.Sed aliq̃do is locus dicit ĩ rure:quẽ colius:ſi
ue arãdo ſine cõſerẽdo.In qua ſignificatiõe habet
pluralẽ numerũ: ut oẽs agros ciuiũ depopulatus
ẽ.Nã ĩ priore nõ hẽt:hoc ẽ dũ loqt de ſigulariũ ur
biũ territoriis.nõ.n.dicas recte ſic antõius dedit
militibus ſuis agros cãpãos.& leõtinos.nã hoc pa
cto non cõplector nemora:ſaltus paſcua:deſertos
mõtes.Sed ſic potius dedit militibus ſuis agros cã
panũ & leõtinũ.i.agrũ cãpanũ & leõtiũ.Quo qdẽ
mõ cõplector oĩa q̃ ĩ territorio illo ſũt. Nã ĩ ea ſua
ꝓpria ac lata ſignificatiõe ager ẽt flumia lacus:cæ
teraq; oĩa ĩcludit. cãpus dr̃ q̃ſi ãplus:nã plãicies ẽ
terræ grãdis:& ãpla.Vnde ait uarro qđ primũ ex
agro plão fructus capiebãt cãpus dictus ẽ poſtea q̃
ꝓxia ſupiora loca colere cœperũt:a colẽdo colles
appellarũt.aruũ ab arãdo nomẽ aſſũpſit:& is ager
ẽ q ſemẽti dat.Saluſtius ĩ catiliario. Numidæ pa-
bulo pecoris magis q̃ aruo ſtudẽt. Noualia i neu-
tro genere:& nouales ĩ fœminino dicũt.Et ꝓprie
ſunt teſte ſeruio arua primũ ꝓſciſſa.uñ ait uarro
ager q ĩter mitit a nouando noualis dr̃: iuxta qđ
Virg.ĩ tityro.tã culta noualia miles hẽbit.Nõnũ-
q̃ uero & agri meſſi nouales dicũt.ut Vir.ĩ li.geor.
.i.Intõſaſq; nouales.At ager reſtibilis teſte Varrõe
uocat:qui reſtituit ac refert quotquot annis.Idẽ
qđ ĩ agris quotquot ãnis rurſũ faciẽda eadẽ:ut rur
ſus capias fructus rura ſũt appellata.Prata uero di-
cta ab eo qđ ſine opere ſũt parata.Seges ut multi
putãt ꝓprie fruges ẽ eorũ ſeminũ: ex qbus cõficit
panis:nõdũ demeſſa.ꝗ nonnũq̃ poetæ ut cõtentũ
ꝓ cõtinẽte uſurpãt:& ipſam humũ ad accipiẽda ſe
mie ſubactã ſegetẽ uocãt.Vnde ait Varro: Seges a
ſatu.i.ſemine dicit.iuxta quod Virgili.li. georgi-
corũ primo:illa ſeges demũ uotis reſpondet auari
agricolæ bis q̃ ſolẽ:bis frigora ſẽtit.Vnde trãſſum
priue ait Horatius: hæc ſeges ĩgratos tulit & fert
oĩbus annis.Sementis eſt ſatio ſiue ut ita dicã ſemi
natio.Liuius campani inquit ſementẽ facere poſ-
ſent.apud Hieronymũ uero cum pluribus ĩ locis.
tũ in geneſeos principio ſementis ꝓ ſemine poſi-
tũ ẽ fructus a fruẽdo.meſſis a metẽdo dr̃ & ẽ ipſa
meſſio hoc ẽ cũ ſeges iã matura ẽ. Virg.quæ tẽpo
ra meſſis.Cice.de oratore: qualẽ ſementẽ feceris:
ita metes.Nõnunq̃ uero: & ꝓ fructu ponit ut Iu-
uenalis Deprehẽderũt meſſem.fruges a fructu no
mẽ aſſumpſiſſe puto. Nam teſte Varrõe ideſt qđ

Atarnes cum.t.exili ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum ſeptimo Darii perſarum regis frater:a quo locus quidam myſiæ contra leſbum atarnes dictus fuit.

Athax cū.th.aſpirato ſcribitur fluuius ē e pyreneo mōte ſcaturiens:q curſu lenis narbonā uſq; ꝑgrediť ubi naugabilis effectus ade oībribus turgeſcit q; ītra ripas ſe cōtiere nō poſſit deide ī rubreſū lacū ꝯfluit unde téuis exiēs ī tyrrhenū marē ꝯmergitur de quo Lu.li.i.ait. Mitis athas latias gaudes nō ferre carinas.

Atella cū.t.exili & duplicato.l.ſcribiť : fuit cāpaniæ oppidum:a quo ludi atellani dicunť, fuitq; in illo amphitheatrum egregium.

Athene cū th aſpirato ſcribiť:ciuitas fuit ꝑclariſſima ī attica regiōe cuius adhuc ueſtigia q̄dā manēt hāc prio ab albādo cōditā dixit Cice.li.iii.de natu. deoꝝ.Plato uero in timeo dixit amaſim regē ægyptium eius urbis cōditorem fuiſſe:eāq; uocabulo ægyptio cognominaſſe:quod lingua græca athenam ſonat. Alii cecropē illā condidiſſe dicūt : & eā ſubita apparitione arboris oliuæ Mineruā cognomiaſſe:quā ea arbor deſignat: & ligua græca athena dr̃.alii nō a Cecrope cōditā:ſed inſtauratam putant quo tpe athena apud illos ꝓ dea colebať.poetæ uero dicūt Neptunū & mineruā athenas cōdidiſſe:ſed cū de noīs ipoſitione īter eos fieret diſſenſio:diis reliqs ꝑſentibus ſit īter eos cōuētio:Vt qui pcuſſa terra laudabiliorē ꝓduceret effectum:urbi nomē iponeret.Neptunus cū tridente pcuſſa terra equū ꝓduxit belli omē: Minerua aūt haſta pīecta oliuā ꝓduxit pacis arborē.Quæ quoniā utilior a deoꝝ iudicio uiſa fuit ex ſuo noīe athenas dixit Nā minerua athene græce dr̃: de quo Luca.lib.vi. ait Primus ab æquorea pcuſſis cuſpide ſaxis Theſſalicus ſonipes bellis feralibus omē. Exilit: & Vir. georgi.i.Tuq; o cui prima frementē fudit equum magno tellus pcuſſa tridente Neptune.

Athenodorus cū.th.aſpirato ſcribiť.fuit teſte Plinio.lib.trigeſimoſexto naturalis hiſtoriæ : marmorarius ſculptor eximius : diciturq; q̄ſi αθηνοσ hoc eſt mineruæ:Δαρων:domum.

Atheniū cū.th.aſpirato &.i.latino ſcribiť: fuit teſte Plinio lib.xxxv.naturalis hiſto.pictor.Maronites Glautionis corinthii diſcipulus:auſterior colore. & in auſteritate iucūdior:ut in ipſa pictura erudicio eluceret:cui ut ſcribit idē auctor niſi tn iuuenta obiiſſet nemo compararetur.

Atheos cū.th.aſpirato ſcribiť is eſt q deos negat:ut Diagoras ferť cognominatus. Nā componiť ex a quod negationē importat:& theos deus.

Athefis cū.th.aſpirato &.i.latino ſcribiť fluuius ē galliæ ciſalpinæ:qui in mōtibus tridētinis oritur & curſu rapidus tridentū radit.Inde Veronā contingēs urbē id in duas partes diuidit. Et deinde p latas padi paludes gradiens nō lōge a brūdulo in adriaticū mare fluit:de quo Virg. meminit libro æneí.ix.cū ait.Siue padi rippis athefim ſeu ꝓpter amœnum Conſurgunt geminæ quercus.

Athimetus ſecūda cū.t.exili &.i.latino penultima cū.e.abſq; diphthongo : & ultima ſcribitur abſq; aſpiratione:fuit libertus Cæſaris Pāphiliti:ut ipſemet teſtatur in marmore ab eo dicato cineribus uxoris Homonœæ cum epitaphio pulcherrimo: quod Romæ legi in ſacello michaelis archāgeli.

Atys cū.t.exili &.y.græco ſcribiť:fuit puer phrygius:ut ſcripſit Ouidi.lib.faſtoꝝ quarto.quē ſpectabilē facie ut idē ait Cybellæ deoꝝ mater caſto ſibi amore deuīxit:iuſſitq; ut purus pſeueraret: & ſua tēpla tuereť.Et ſubdit Ouidi.Ille fidē iuſſis dedit: & ſi mentiar inqt Vltima qua fallam ſit uenus illa mihi.Sed deinde uel ꝑceptoꝝ oblitus.uel libidine aut amore deuictus fallit : & in nympha Sagarathide deſinit eē quo defuit. Quare cū ea nympha pœnas dediſſet ac periſſet:puer in furias cōuerſus putās domos ruere tectū omne diffugit. Et p ſūma dindymi montis phrygiæ:q̄ deæ ſacer ē furioſe diſcurrens:arepto lapideo cultro ſeipſum excaſtrauit:dicente Ouidio.

Ille ēt ſaxo corpus laniauit acuto.
Longaq; nō mūdo puluere tracta coma eſt.
Voxq; fuit mei ui meritas de ſanguinē pœnas.
Ah pereant partes quæ nocuere mihi.
Ah pereant dicebat adhuc onus inguinis aufert.
Nullaq; ſunt ſubito ſigna relicta uiri.

Verum catullus aliter hiſtoriā retexes dixit illū p mare phrygiā contendiſſe:Et cū ad phrygiæ fluuiū q gallus dicebať aduenifſet : bibiſſetq; ex illius aqua in furorē ex aquæ natura cōpulſus.ſ.ſe caſtrauit ait enim.

Super alta uectus atys celere rate maria.
Phrygium ut nemus citato cupidine pede tetigit.
Aditq; opaca ſiluis redimita loca deæ.
Stimulatus ubi furenti rabie uagus amnis.
Deuoluit.excctus acuto ſibi pondere ſilicis.
Itaq; ut relicta ſenſit ſibi membra ſine uiro.
Niueis citara cæpit manibus leue tympanū & reliq.

Nā de eo flumine teſtať Pli.li.v.nat.hiſto.dicēs Gallus phrygiæ flumē eſt:de cuius aq̄ potantes redunť inſani:Et Martianus li.vii.dixit ab eo miniſtros martis deū gallos dictos eſſe.Quod Oui.ipſe eodē quo retrulimus lib.i.teſtatus eſt cum ait.

Cur igiť gallos qui ſe excidere uocamus.
cum tantum a phrygia gallica diſtet humus.
Inter ait uiridē rybelen altaſq; celenas
Amnis it inſana nomine gallus aqua:
Qui bibit īde furit:ꝓcul hinc diſcedite quis eſt
Cura bonæ mentis:qui bibit inde furit.

Cum ergo atys per eū modū ſe exercuiſſet:uenit in id exēplū:ut oēs q matri Deū miniſtrare cupiunt: ſeipſos excaſtrare debeāt:dicente Ouidio in præfato lib.Venit in exēplū furor hic molleſq; miniſtri: Cædūt iactatis uilia mēbra comis.Nec ſe ferro excidere:ſed lapideo cultro demōſtrant. Quod etiā Iuuenalis cōfirmare uideť:cū ait in ſatyra Credo pudicitiā.Ecce furētis Bellonæ matriſq; deū chorus intrat & ingēs Semiuir obſcœno facies reuerē

da minori:Mollia:qui rapta ſecuit genitalia teſta:
& reliqua.In quibus oſtendere ſorte uidetur. non
omnes ſibi teſta genitalia exſecuiſſe.ſed ille ſolū q
īter illos ē maior.Verū hi cū matri deū ſacra lita/
bāt:ꝓprio ſibi ſanguīe crines iūgebāt:& caput īde
rotantes futura ꝑſagiæ credebanť.Vnde ait Luca/
nus libro primo:crinemq; rotantes Sanguineum
populis olulabant triſtia galli.

Atys alius Crœſi lydoꝝ regis maior natu filius fu
it qui nulla arte cuſtodiri potuit.qn ferro necareť
Nā teſte Hero.li.hiſto.i.ab Adraſtro uenādo for/
tuitu iterſectus fuit:alius eodē noīe eius frater fu/
it:q cū natus dioq; e linguis educatus eēt:ui tioris
paternæ necis uocalis euaſit. Cuius hæc fuerunt
uerba teſte Hero.li.hiſt.i. ανθρωπε μη κτεινε τον
κροισον:hoc eſt o homo ne interfice Crœſum.

Atina cū.t.exili &.i.latio ſcribiť.fuit teſte Seruio ſu
per ſeptio æneiurbs iuxta pōtinas paludes cāpa/
niæ q ciuitati erūnas inferebāt.unde ſic quoq; co/
gnominata fuit.Nā ατη:græce latine erūna dici/
tur.i Virgilius tamen dixit atina potens : tyburq;
ſuperbum.

Atlas cū.t.exili īmediate ſequēte.l.ſcribiť:mons eſt
mauritaniæ ſic quoq; noīatus ab atlāte rege filio
Libyæ a quo teſte Pli.lib.vii.nat. hiſto.aſtrologia
primū cōperta fuit:Sed duo mōtes eiuſdē nois in
mauritāia ab Herodo. & aliis nōnullis hiſtoricis
deſcribūť .Vnus qdē ꝓpīquior colūnis Herculis.
Alter uero in interiora libye remotior:quē rotū/
dū eſſe dicit:& altiſſimū.Cuius ſūmitas nūq̄ uide
ri pōt:qa nubes ab illo nec æſtate:nec hyeme di-
uellūť.Quē icolæ.ut ille refert unā cæli colūnā eſ
ſe aſſerūt.Et ot ferūt poetæ fuit i illū atlas mauri/
tanie rex conuerſus:Quare in formā oiri Virgi.
eum deſcripſit:cū ait libro æneidos quarto.
Atlantis cinctum aſſidue cui nubibus atris.
Piniferum capot uento pulſatur & imbri.
Nix homeros inſuſa tegit :tum flumine mento:
Præcipitat ſenis:& glacie riget horrida barba.
Similiter & eadē ſcriptura hoc ē cū.t.ſimplici īme
diate ſubſequente.l.ponitur ab Herodo. ꝑfato li.
hiſto.iiii.atlas fluuius qdā magnus a ſummo mō
tis æmi uerſus ſeptentrionē in iſtrum defluēs quē
ſic quoq; cognominatū ab atlāte arcadiæ rege exi
ſtimo:Nam teſte Seruio ſup.viii.ænei. tres fuerūt
atlātes.Vnus rex Italiæ: & Pr̄ Electræ uxoris Co/
riti.Alter arcadiæ & pater Maiæ:ex q̄ Mercurius
natus ē:Et tertius maurus q maxius ē dictus : Et
cui pene reliqua oīa attribuūť ab atlante atlātides
patronymicū licentia poetica dedociť:ut Ouidius
libro metamor.i.atlantiades pro atlantides a qoo
etiam atlantides populi:& atlanticum mare.

Athleta penoltima cū.th.aſpirato īmediate ſubſe/
quente.l.& ultima cū.t.ſimplici ſcribitur : dicitur
a noſtris pugil & luctator.

Atomus cū.t.exili ſcribitur:dr̄ apud nos indiuiſibi
lis:& īdiuidua.Nā ex a cōponitur:& τομη:qđ ē ici
ſio:Lucretius oero atomos monitiones uocauit.

Athochari cū.th.&.ch.aſpiratis ſcribiť:fūt teſte He
rodo.populi ſcythici i Aſia:hi teſte Pli.li.vi.natura
lis hiſto.apricis ab oi noxio afflatu ſecloſi collibus
eadē qua hiperbolei deiunguntť tēperie:Et ſubdit
de his priuatim cōdidit uolumīa Homerus ſicut
Echathus de hyperboreis:

Athos cū.th.aſpirato ſcribiť:mōs ē inter macedo/
niam & thraciā.Quare nonnunq̄ mōs thraciæ di
ciť:ut Homerus i hymno apollinis:τρηκιοσ τα/
τοσ:Nōnūnq̄ macedoniæ:& aliquādo æmoniæ
mons diciť:quæ ſub nomine macedoniæ:ut in ea
dictiōe uidebius nōnūq̄ uenit:unde Seneca i Me/
dea: Aemonius illas ꝯtulit peſtes athos.Seruius ue
ro ſup.xii.ænei.Non athos cū.s.cōſonante in fine:
ſed athon cū.n.ut apollon ſcribendū dixit .Quod
auctoritate Virgilii cōprobauit q ibidē dixit.Quā
tus athon aut quārus atyx . Nā ut ait ſi athos cū.s.
legereť:cū os breuis ſit:minie ſtaret uerſus. Quin
& alio cōprobat: qa athōa i acuſatioo facit.Quod
ut ſane ipſa fateť ab Hero. & Homero obſeruatū
nō fuit.Nec ēt ut puto a noſtris cōperiť. Nā Virg.
li.geor.i.ait. Aut athō.aut rhodopē aut alta cerau
nia telo deiicit.Niſi qs dicat eclypſim fieri oel atho
na rhodopē ſcribendum eſſe. Eſtq; altitudinis ad
mirandæ ut hiſtorici atteſtantor: ita ut uſq; ad lē/
num inſulam umbrā protendere affirmēt: q̄ octo
gintaſex milibus paſſuum a macedonia ſeparatur
de quo Statius lib.v.thebaidos ait.Ingenti tellurē
ꝓximus ombra Veſtit athon nemotūq; obſeruat
imagine pontū.Et cū ſic arduus fuerit. teſte tamē
Herodo.li.hiſto.v.nauigatus fuit claſſibus pſicis:
& a cōtinenti iuſſu Xerxis mille qngentis paſſibus
abſciſſus eſt:qoin & pontem ſub ſtrimone fluuio
derelictū:hoc eſt adeo ſubcauatū dixit: ut flumen
ipſum curſum ſupra pōtē ꝯficeret:& ſub pōte ma/
re inundaret:de quo in dictione Xerxes uidebſus.

Atoſſa cū.t.exili hoc ē ſine aſpiratione & duplica/
to.ſ.ſcribiť:fuit teſte Hero.lib.hiſto.iiii. filia Cyri
quā & artyſtōe ſororē Darius poſtq̄ ad regnū pſa/
rū ſublimatus eſt uxores accæpit : & ex atoſſa ut
idē auctor circa initiū libri ſeptimi dixit Darius ip
ſe Xerxem ꝓgenuit:deinde poſt illum regnauit.

Atrax cū.t.exili ſcribiť fluuius ē ætoliæ: a qoo teſte
Pli.li.iiii.na.hi. atraces qdā populi cognomiati ſūt

Atreus cū.t.exili.&.eu.diphthongo ī fine ſcribiť:fu
it filius Pelopis:& hyppodamiæ:nepos Tātali mi/
cenarū regis & frater Thyeſtis:de qbus multa nar
ranťa poetis:ut a Seneca i Thyeſte:& ſtatio i dioer
ſis locis ſuæ thebaidos:Qui ſane oſtēdūt eos fuiſſe
inter ſe ſæuos:adeo ut Thyeſtes cū Europe fratris
uxore cōcuberet:qđ dolens atreus liberos ei epu/
landos appoſuit.Cuius facinoris cū Thyeſtes exq/
reret ultionē a diis:reſpondit illi Apollo poſſe alio
ſcelere eius facinoris uindicē naſci.ſ.ſi cū Pelopia fi
lia ſua cōcūberet.Quo facto natus ē egyſthos: qui
atreū iterfecit.& Agamēnonē ſimiliter a bello tro
iano redeūtē iteremit.Seroi.ſup.i.æne.dixit atreū
apđ Mycēas ꝓmū ſolis eclypſim inuen:ſſet cur ſui
dēs fr̄ ex orbe diſceſſit tpe quo eius ꝓbata ſūt dcā:
& ab atreo atrides deduciť:atride Agamēnō & Me
nelaus a poetis dcī ſūt qđ uſurpatū fuiſſe dixit Ser
ui.ſup primū æneidos:qa Plyſtonis fuerunt filii.

Athrys cū.th.aſpirato &.i.græco ſcribiť:fuit teſte
Hero.li.hiſto.iii.thraciæ fluuius ī iſtrū defluens.

Atropos cū.t.exili ſcribiť: Vna dr̄ ex parcis q̄ filom
frangit:unde cōponiť ab.a.quod eſt ſine : & τρο/

mñ cõuerſio:quaſi ad nullius pces cõuertaƭ. Nã ut
uoluit Home.tres ſunt ſorores: quaꝝ una dicitur
Clothoq̃.ſ.b uulat.alia lacheſis q̃ filat. Et tertia a
tropos q filum frangit. Ita ut cũ alicuius fila diru
perit morte moriatur.dicente.Martiale ĩ prio:La
nificas nulli tres exorare puellas.
Cõngit:obſeruãt quẽ ſtatuere dic.has martianus
dixit ſuperũ librarias:& ſcriptrices:q̃.ſ.ſnias Iouis
ſtudio ueritatis accipiunt.Vnde & nõnunq̃ ab au
ctoribus noſtris pro diſpoſitiõe ſuperũ capiuntur
iuxta qd̃ ait Iuuena. in ſatyra Neuole. Hec exẽpla
para fœlicibus:at mea clotho.Et lacheſis gaudent
ſi paſciƭ inguine uẽter.Vnde illas quoq; dixit He
ſiodus in theogonia naſcẽtibus hoibus bonum &
malũ conferre.Quare latine parte teſte Gellio lib.
iii.noctium atticarum ex auctoritate.
Varronis ĩmutata littera una a ptu nominantur.
Attalus cũ duplicato.t.exili & unico.l.ſcribiƭ:fuit p
gamenoꝝ rex:q ĩ miori aſia cõtra philippũ roma
nis fauit:de quo Liui.diuerſis ĩ locis: & Iuſtinus li.
xxxvi.plura ſcripſere alter eodẽ noie fuerat Neo
ptolemi filius frĩ Olympiæ coniugis Philippi frĩs
Alexandri magni. q deide cã fuit mortis Philippi
Attagẽ cũ duplicato.t.exili ſcribiƭ:auis ẽ teſte pli.li.
x.natu.hiſto.cerebris & uocalis alias: ſed capta ob
muteſcẽs:hæc ut ait primũ ionia cõperta fuit poſt
modũ in Gallia & Hiſpania capta.
Attis cũ duplici.t.nõ aſpirato &.i.latino ſcribiƭ:Sa
ne teſte Seruio ſup.i.geor.nõ ſolũ attis cũ.s.conſo
nãte in fine:ſed ẽt attin cũ.n.ſcribi põt: ut delphis
& delphin:eleuſis eleuſin. Et ut pgit. uerius in.n.
deſinunt:qa illud in obliqs habẽt q in.s.ut attinos
delphinos eleuſinos:& ẽ attin regio ĩter achaiã &
macedoniã:q̃ maxie græciæ nomẽ retiet.Nam ab
Iſthon corynthio ſiue ſtrictura:in quã deſinit acha
ia incipiẽs: & p mare ægeæum porrecta uſq; ĩ ma
cedoniã & theſſaliã:quã ut multi uolũt cũ oi boe
tia ĩtta ſuũ nomẽ includit extẽdiƭ: dicta primum
attis ab atti filia græci ſucceſſoris Cecropis a quo
& græci ſic quoq; cognominari fuerũt.Deinde ab
Hellene pyrræ & Deucaliõis filio dcã fuit hellas:q
teſte Solino in theſſalia natus ẽ:quo regæ ipſi.græ
ci hellenes dicti fuerũt.Nã teſte Ariſtotile in ſecun
do metheoroꝝ:hellenes nunc ſunt: q prius græci
a græco rege dicti fuerũt:In hac regiõe fuit inclyta
athenarũ ciuitas: cãpus marathon cũ oppido eiuſ
dẽ nois athenis ſatis ppinquo:memorãdus quoq;
cruentiſſimis præliis ut in ea dictiõe uidebims mõ
tes teſte Pli.bryleus ægialeus icarius hymmettus
Quin & ſunium promontoriũ:duriſcos:polypo
ſter:ebrauroniõ: ſaxa ſcyronia athenis propinqua
& ut multi ferunt mõs aracynthus:ut ĩ ea dictio
ne uidimus.nec lõge ab athenis argos oppidũ qd̃
Bacchus ipſe ꝯdidit:& plura alia q̃ lõgũ eẽt nũerarẽ
at uero ab atti regio ipſa attica dcã ẽ & atticus:ſco
la gn & attius q̃ oia cũ duplicato.t. ſcribẽda ſunt.
Vir.li.eor.iiii.attias orithia: & ſimiliter oia deſcẽ
dẽtia cũ gemiato.t.ſcribi dbẽt:& nõ.c.ante.t.ut at
tæus.Vir.i alexi.ãphyon dircæus iattæo aracitho.
Similiter Leãder & boreã: q rapuit Orythiã dixit
apud Oui.xvii.heroidũ:Tã gelidus cũ ſis nõ te ta
men improbe quondam ignibus attæis in caluiſ
ſe negas.Nã ſi cũ.c.aut.t.ſcribatur: denotaƭ mõtẽ
leucadium:qui actius dicitur:ut Sappho:actæum
populi leucadiiq; uocãt:& in eadem epiſtola:Cur
nõ actiacas miſeram me mittis ad horas qd̃ cum
c.ante.t.ſcribiƭ:Similiter Virg.lib.ænei.iii.actiaq;
iliacis celebramus littora palmis.Et circa finẽ lib.
octaui:actius hæc cernens arcũ intendebat apol
lo:at uerbum atticiſo:quia atti deſcendit:cum du
plici.t.ſcribitur:ut Plautus.Nõ atticiſſat:ſed ſiciliſ
ſat:& inde atticiſmus:ut Quinti.in primo de ora
toria inſtitutiõe:In primis ĩquit copiam uerboꝝ:
quorum in tragœdiis grauitas:in comœdiis elegã
tias & quidam uelut atticiſmus: inueniri poteſt.
Et ut quidã putant ẽt attilius ĩde deducitur qd̃ ſi
ſic eſſet:cum duplici.t.ſcribendum erit.
Auctor cũ.au.diphthongo & .ct. exilibus ſcribiƭ a
uerbo græco:qd̃ ẽ ποιῶ originẽ p ſignificatiõem
ducere uoluerũt:ita ut poeta:ſeu ut dicã factor ſit.
Nam factor in uſu non eſt:niſi in qbuſdã.e.græco
trãſlans ut factorẽ cæli & terræ: ubi habeƭ ποι
ητὴν:hocẽ poetã: at nos poetas ceteroſq; operum
ꝯditores auctores uocamus.Et ille qui fecit aliqd̃
opus:q ægit bellũ aut pacem auctorẽ operis & au
ctorẽ belli aut pacis dicius.Itẽ & hoiem ĩ quo eſt
ius:poteſtas & dignitas.Vnde auctoritas dicta eſt
Liuius:Decreuerũt.n.ut cũ populus regẽ iuſſiſſet.
Id ſic ratum eſſet ſi patres auctores fierẽt:hocẽ au
ctoritatẽ:ut aiũt ſuã & decretum interponerent:
ratũ haberẽt:atq; ratificarẽt ſiue cõprobarẽt. Et a
libi:maiores noſtri nullã ne priuatã quidẽ rẽ agerẽ
fœminas ſine auctore uoluerũt. Vocanturq; ẽt au
ctores pupilloꝝ: in quoꝝ adminiſtratiõe ĩfirma
ætas reſq; eiuſ ſunt.Ideoq; filios regũ pupillos ſub
auctoribꝫ fuiſſe legĩus.Paulus iuriſcõſultus. Etiã
ſi non ĩterrogatus tutor auctor fiat: ualet auctori
tas eius: cũ ſe probare dicit id q agiƭ:hoc ẽ.n. au
ctorẽ fieri.Quare auctores ſniæ alicuiuſq; conſilii
uocantur hi.quoꝝ ſniam cõſiliũq; ſecuti ſumus.
Et duces militum auctores uocabantur.Vnde au
ctorare obligare eſt & ſubiectum facere: Sed q̃rit
Seruius ſuper donati artẽ auctor utrum p ſe an de
uerbo oriatur. Et reſpõdit ĩ hæc uerba dicẽs.Sed
eſt ſciendũ q a ſe naſciƭ.Nã illud qd̃ eſt augeo: ne
nos deducat qd̃ inde ueniat:aliud.n.eſt augere ali
ud auctorem eſſe:hæc ille:Quid quod auſtorem
nullo pacto dicere poſſumus auctorẽ.Nã actor ſi
ne.u.littera ab ago deſcẽdit:Et dicitur orator qui
agit.cãm qq; geſtũ uultus & corporis agit: unde
oratio ab ipſa pnũciatiõe dicta ẽ. Qui & oro ſcri
pta actio ẽ appellata.Itẽ comœdus & tragœdus.i.
hiſtrio. qui agit geſtus in ſcæna & q huic generi
ſimillimum ẽ:qui agit attelanas: & minus omnis
auctor uocari põt.Et partes comœdie actus dicũƭ
Auctoratũ cũ.au.diphthongo &.ct.exilibus ſcribiƭ
ab auctorare deſcendit:ſignificatq; obligatum &
ſubiectum.Liui.li.xvii.ab urbe ſigno inqt ſuo im
preſſas tabellas miſit:& uero pignore uelut aucto
ratũ ſibi pditorẽ iratus ẽ.i.obligatũ & ſubiectũ.
Valerius maximus li.ix.auctorato inquit ſociis of
ficio.Sueto.li.iii.deligẽdo uel auctorãdo milite:ac
legionũ:& auxilioꝝ deſcriptione.
Auctoramẽtũ ſimiliter ſcribiƭ:& ab auctorãdo mi

hitē deducit. Nā q̄ſi obligationē nexumq̨: uel q̄ſi
ſtipendiū quoddā: & p̄cium cuiuſdam militiæ ac
pugnæ actiōeſq̨ deſignare uidet. Qui. Nec diffici
lē ſane ſub illo p̄ſertim auctoramento habuiſſet
miſſionē. ſed uoluit gladiator uiuere. Cice. Quo
rum ipſa merces auctoramētū ſeruitutis ē. Sene/
ca li. vii. epiſtolaꝝ. Nullū ſine auctoramēto malū
ē: auaritia pecuniā ꝑmittit: luxurias uarias uolu/
ptates. ābitio purpurā & plauſum: & ex hoc potē
tiam: & quicquid potentia poteſt: mercede teui/
tia ſollicitant.

Auctio cū. ct. exilibus & i. latio ſcribit: & latinā hē/
re deriuatione: ac magis ab augeo: q̄ ac auctorādo
d̄duci exiſtio. Nā uēditio q̄dā ē in publico ac loco
celebri: q̄ p incremētū p̄cii: hoc ē plus offerētis fie
ri uidebat. Et hinc auctionari uēdere dicebat: qđ
publice & ſub haſta p augmentū p̄cii uendebat.
nec hoc mō ea uēdi dicebat: q̄ ad eſū uidebāt ſed q̄
ad alios uſus: Nec fere niſi q̄ penes aliū i uſu fuerūt

Augias cū. i. latio ſcribit: iq uod ei diphthongus cō
uerſa fuit: & fuit teſte Home. li. xi. iliados epiorū
rex ſine elidenſium: qui bellum geſſit cum Neleo
pilıorum rege.

Aula cū. au. diphthōho ſcribit trāſfertur a noſtris
atriū: at aula p olla Plauto uetuſtiſſimiſq̨ religmo

Aulæa cū. æ. diphthongo i penulti. ſcribit: uelamia
ſunt de picturis intexta: q̄ primū in aula attali re/
gis aſiæ q populū romanū heredē ſcripſit inuenta
ſunt. Virg. lib geor. iii. purpurea iutexti tollant au
læa britanni. Vnde abαυλη: quod ē aula nomen
aſſumpſere.

Aulis cū. au. diphthōgo & i. latio ſcribit. nō ē iſula
ut ignari q̄dā putēt. Sed teſte Strabo. approbatiſ/
ſimo hiſtorico iter græcos regiūcula ē boetiæ pe/
troſa: & ciuitas eiuſdē nōis: iuxta quā portus ē qn/
gētaꝝ nauiū capax Euripo Chalcidico ꝓxius. Idē
inuere uidet Home. lib. illa. ii. Pli. ēt lib. iiii. natu.
hiſto. ubi d̄ iſulis maris ægæi atq̨ ipſa Euboia ꝑ/
tractat iq̄t ex aduerſo icōtinēti aulis ē & agēdo de
boetia i ipſis iq̄t faucibus Euripi: quē facit euboi/
ca obiecta iſula aulis nobilis ē portus: quē boetii
antiq̄tus dixet hyamas. Idē Pōp. cōfirmauit dicas
aulis agamēnoniæ graiorūq̨ claſſis i Troiā cū iurā
tiū ſtatio. Vnde boetie portus d̄r: i q̄bus detētæ ſue
rūt graiorū naues: dicēte Ouidio libro meta. xii:
Nec dilata foret uindicta niſi æquora ſæui.
In uia feciſſent uenti: boetaq̨ tellus:
Aulide piſcoſa puppes tenuiſſet ituras:
In eo loco cōiurauerūt. græci: nō ante reuerſuri: q̄
ilion caperet: ut Dido ad æneam apud Vir. libro
æneidos. iiii. Non ego cum danais troianam exci
dere gentem aulide iuraui.

Auras cū. au. diphthongo ſequēte. r. ſcribit. fluuius
eſt teſte Herodoto lib. hiſtor. iiii. grandis ab æmo
deſcendens: & in Iſtrum defluens.

Aurū cū. au. hiphthōgo ſcribit: græcū eē quidā pu/
tant. Nā teſte feſto Hippocrates medicus ab inuē/
tore cognominatū illđ putauit: quē uocitatū dixit
συριον: & ide theſtaurus. Qui uero latinū uolunt
a ſimilitudine coloris aurore nōmē traxiſſe exiſti/
māt. alii uero ab aura. i. ſplendore teſte Seruio ſup
vi. ænei. dictū putāt: dicēte Vir. Diſcolor unde auri
p ramos aura refulſit. i. ſplendor. Et Hora. tua ne
tradet aura maritos. hoc ē ſplendor: Nōnulli ue/
ro q̄a mentem hoīum auertat.

Auchiſæ cū. ch. aſpirato & i. latio ſcribit: populi ſūt
i libia ultra barcaeos. iuxta quos uerſus mař ſunt
bacales. ut oſtendit Herodotus lib. iiii. hiſto.

Autocanes abſq̨ aliqua aſpiratione ſcribit: mōs po
nitur ab Homero in hymnis.

Autonoe cū. t. exili & oe. diuiſis litteris in fine ſcribi
tur. fuit Cadmi thebarū regis filia ex Hermione
cōiuge: ut ſcribit Heſiodus in theogonia: & Oui.
lib. metamor. iii.

Automedō cū. au. diphthōgo in prima & t. exili ſe
quēte. o. ſcribit: nōnulli uero ex noſtris loco ipſius
o. ponūt. u. & dicūt autumedō: fuit achillis armi/
ger ſeu auriga: ut Vir. li. ænei. ii. Et quoꝗ agitatur
achillis armiger automedō: idē Oui. li. i. de arte nū
q̄d achilleos iter fera p̄lia fida. Deſeruit leuitas: au/
tomedōtis equos: a quo id quoq̨ tractū ē: ut cū ali
quē aurigā aſſignare cupimus: atq̨ iſigni arte ad/
notare ob illius excellentiā automedōtis nōie uo/
citemus. Quare Iuue. in prima ſatyra cū de illo lo
queret. Qui bona donauit p̄ſepibus: & caret om/
ni maioꝝ cenſu ait. dū puolat axe citato. Flaminiā
puer automedō: nā lora tenebat: hoc ē æquale au/
tomedonti oſtendebat ſe habere aurigā.

Autolycus abſq̨ aliqua aſpiratōe & unico. l. atq̨. y.
græco ſcribit: fuit uir græcus ex eleone urbe boe/
tiæ de quo Home. lib. x. ilia. meminit.

Axylus cū. y. græco & unico. l. ſcribit hētq̨ apđ græ
cos accētū i pria fuit phryx ex ciuitate ariſbe filius
teuthranidis: hic teſte Home. li. vi. ilia. fuit homo
p quā beatus oībus q̄ ad uictū mortaliū ptinēt: &
in iſigni ariſbe agēs oēs. q illac iter igrediebant: q̄
erat beniuolentia hūanitate clemētia excipiebat: q
cū a Diomede in bello Troiano iterficeret: nemo
ſuccurrens qui ab atroci eum morte potuit eripe.

Axiochus cū. i. latio & ch. aſpirato ſcribit: nome fu
it philoſophi: cui Plato librū de morte inſcripſit.

Axis cū. i. latino a nobis ſcribit: a græcis uero αξον
d̄r: & proprie ea linea q̄ ab uno mūdi polo i alterū
tendit: ad cuius ſimilitudinē ſtipes ille teres circa
quē tota currus uertit axis d̄r. Vir. li. geor. iii. poſt
ualido nitens ſub pōdere faginus axis. Nonūq̄ ue
ro & pro rota rheda uel curru poſitū cōperit ut Iu
uena. in ſatyra Criſpini: Dignus aricinos q mendi
caret ad axes: ideſt ad currus Aritiā uel aricina ne
mora adeūtes. aliquādo āt & pro ſeptētriōali po/
lo poſitum fuit: uel ut ait feſtus ꝓ ſeptētriōali pte
cæli. Vir. li. geor. ii. Quæ terga obuerterit axi. i. ſe/
ptētrioni: Quin & pro ipſo cælo abſolute idē poe
ta nōnunq̄ poſuit. ut lib. iiii. æneidos cū ait. Vltius
ætiopum locus eſt. ubi maximus atlas axem hu/
mero torquet. i. cælum ſuſtinet: qn & teſte Feſto
tabula ſectilis axis appellatur.

Axius cū. i. latio ſcribit: d̄r ab homero lib. iliados ſe
cūdo fluuius συκαλλστον υδωρ: hoc eſt cuius
pulcherrima ē aqua. Nam ut ait licet ſpacioſus ſit:
tamen uſq̨ ad imum eſt lucidiſſimus: ut nullus in
toto orbe terraꝝ ſit ſpecioſior: Hic teſte Herodo/
to libro hiſtoriaꝝ ſeptimo per omnē. Mygdoniā
quæ pars eſt Macedoniæ profluens iuxta Chalc/

ſtram urbem in mare ægæum cadit.

Azymus cũ.z.cõſonãte &.y.græco ſcribiť : id apud
nos dr̃:qđ ẽ ſine fermẽto . Nã cõponiť ex a quod ẽ
ſine:& ζυμη fermentum.

Axyris cũ.i.latino utrobiq; ſcribiť: palus ẽ ĩ libya.

Axotus cum.t.exili ſcribiť:urbs fuit Syriæ.

b Abylon cũ .y.græco & unico.l.ſcribitur:
nomẽ eſt urbis in Chaldæa : de qua Lu/
canus.cumq; ſuperba foret babylon ſpo
lianda trophæis . Hæc adeo nobilis fuit:
ut Caldæam totam:& Heſopotamiã a ſe babylo/
niam dixerit quæ ſimili modo & in penultima cũ
i.latino ſcribitur.Hanc oẽs græci & latini hiſtori/
ci pariter & poetæ a Semyramide regina conditã
referunt.dicente Oui.li.met.iiii.Vbi dr̃ altã Coctĩ
lib⁊ muris cixiſſe Semiramis urbẽ:de quo ĩ dictio
ne Semiramis plene uidebimus . huius muri igi/
tur teſte Phyloſtrato in uita apolloni tyanei tre/
centorum & octoginta ſtudiorum circuitum de/
tinebant.Plinius uero libro hiſtoriæ naturalis ſex
tũ murorum dixit amplitudinem fuiſſe ſexagita
quatuor milium paſſuum : croſſitudinẽ quinqua
ginta cubitorum.Altitudinem uero quater tantũ
itaq; fuit mœnibus ac hortis penſilibus.temploq;
& arce maxime admirabilis.

Bacchus pria deſinit in.c.exili & ultia cũ.ch.aſpira/
to ſcribiť. fuit Iouis filius ex Semele Cadmi filia
ut poetæ oẽs atteſtanť:de quo Ouidi.li.metamor
phoſeos tertio plene omnia pertractauit.& ut græ
ci quidã grãmatici dicunt deriuatur a βακχευω:
quod eſt furo uel inſanio.Hic primus indiam ſu/
biecit:& prius apud græcos docuit uini uſum:ut
teſtis ẽ Capella libro de nuptiis Mercurii. Quam
obrẽ teſte feſto illi a poetis cornua danť: eo q̃ ho/
mĩes nimio uino truces fiãt:Vnde Sapho ad Phao
nem ait:accedant capiti cornua Bacchus eris.Quĩ
& ꝓ haſta thyrſum ferratũ tecta cuſpide pãpino
illum ferre dicebant: ut Seneca in Hercule furẽte.
Adſit Licurgi domitor:& rubri maris.
Tectã uirẽti cuſpidem chirſo gerens:de quibus la/
tius in dictione Dionyſius uidebimus.Quin & il/
lius currum trahi a tigribus dicũt:dicente Statio:
Promouet effrenæ dextra leuaq; ſequuntur.
Lynces:& uda mero lãbũ retiacula tigres. Nõnũq̃
uero & muliebri hitu ornaſſe ſe illi ferũt.dicẽte Se.
Non erubeſcit Bacchus fuſos tenet.
Sperſiſſe crines:nec manu molli lenem.
Vibrare thyrſum cum paruum forti gradu.
Auro decorum ſyrma barbaricum trahit.
Poſt multa uirtus opera laxari ſolet:Et ut teſtis ẽ
Plinius lib.vii natu.hiſto.Emere ac uẽdere iſtitu/
it Liber pater.Oia igiť deſcẽdẽtia a Baccho ſimili
ter cum duplici.c.& ſecundo aſpirato ſcribunť.ut
bacchicus.Ouidius libro prio triſtiũ:Deme meis
hederas bacchica ſerta comis : Eodẽ modo bac/
chaides:quod etiã cũ.i.latino ſcribitur:ut idem li/
bro quinto eiuſdem operis:Et me bacchaides iu/
dice falſus erat.Simili mõ bacchides & bacchili/
des ſcribunť:a Baccho.at baccha pro grãulo ut ſu
pra uidimus latinũ ẽ:& cũ duplici.c.abſq; aliq̃ aſpi
ratiõe ſcribiť:& inde baccatũ ſiue aſpiratiõe:qđ di
uerſas habet baccas.Virgi.lib.æneidos prio:Collo
que monile Baccatum.Quod ſi a Baccho trahať
cũ.ch.aſpirato ſcribendum ẽ:ut eſt id Virgili libro
æneidos tertio : Baccharamq; iugis Naxon uiridẽ
que Donyſam:& uerbum bacchor:ut idem li.iiii.
eiuſdem poematis:Sæuit inops animi:totamq; in
cenſa per urbem Bacchatur.

Bacchanalia cũ duplici.c. & ſecũdo aſpirato ſcribiť
& a Baccho deducitur. Nã ſacra quædã bacchi di
cta fuerũt:q̃ teſte Liuio libro.viii.de bello macedo
nico huiuſcemodi fuere.Græcus ignobilis in He/
truriã primũ uenit ſacriſiculus & uates.Sed occul
torum ſacrorum initia primo paucis fuerũt tradi
ta uiris & mulieribus:& fuerũt additæ uoluptates
meri & epularũ ut multorũ animi allicerentur.
Cũq; uinũ aios : nos: & mixtæ uiris fœminæ æta
tis teneræ oẽm pudore extixiſſet : corruptelæ ois
generis fiebãt.Sicq; ſtupra ĩgenuorũq; & fœmina
rũ ꝓmiſcua in his ſacris erãt multa dolo:ſed p ui
plurima parabanť.Hæc religio uerius morbus pe
ſtifer Romã ab Hetruria penetrauit:cuius facino
ra fuerũt aliquãdiu tacita.Tandẽ noticia eius faci/
noris ad poſthumũ conſulẽ p.P.Ebutiũ adoleſcẽ/
tẽ:& Ebutiã ſociam hiſpaniã deuenit ꝑ modũ : q
late a Liuio in præfato libro narratur. Vnde dixit
Iuuena.Qui curios ſimulant:& baccanalia uiuũt:
fuerunt nanq; ſacra Bacchi orgia & trieterica : de
quibus ĩ ſuis dictionibus uidebimus.Sacriſicaba/
tur Baccho caper:quia maxime uitibus capra no
cet ut late mõſtrauit. Virgilius libro georgicorũ ſe
cundo.Erat etiam illi uanus conſecrata:ut Virgili
us libro georgicorũ primo.Et miſtica uannus Iac
cho.Eo q̃ illius ſacra teſte Seruio ad animarũ pur
garionẽ pertinebãt:quod per uannum deſignaba
tur:quo fruges purgabantur.

Bacchiadæ cũ duplicato.c.& ſecũdo aſpirato:atq;.i.
latino ſcribiť:dicti fuerũt q e Corintho effecti exu/
les ĩ Siciliã deuenerunt : & urbẽ inter Epichinnũ
& pelorũ ediſicantes ſiculi facti ſunt . de quibus di
xit Ouidi.lib.metamorpho.quito:cum Plutonis
inter deſcriberet Proſerpinam deferentis
Et qua bacchaide bimari genus orta corintho
Inter inæquales poſuerunt mœnia portus.

Bacchius eodẽ mõ ſcribiť genus ẽ pedis: quo ĩ car/
minibus ſacrorũ bacchi utebanť. Conſtatq; ex pri
ma breui & duabus ſequentibus lõgis:ut Hora.in
primo carminũ : Lydia dic per oẽs qui uerſiculos
conſtãt ex coriambo & bacchio.

Bactrius cum.ct.exilibus &.i.latino ſcribitur: fluui
us eſt ſcytharum : a quo populi quidam circa illũ
inhabitantes teſte Hero.libro hiſto. vii. bactriani
dicunť.Et in bactria ĩ plurali nũero prouincia dr̃.

Bactra cum.ct.ſimplicibus ſcribitur : prouincia eſt
Scythiæ ultra Aſſyriã a flumine bactrio cognomi
nata:eſtq; generis neutri & nũeri pluralis : ut Vir.
li.geo.ii.Neq; bactra:neq; idi laudib⁊ italiæ certẽt.

Bactriani cum.ct.exilibus ſcribitur: populi ſunt te/
ſte Hero.lib.hiſto.Aſiæ:ſcythis propinqui. Quos
Curtius dixit bellicoſos plurimum:& aſſuetos ui
uere rapto:quare perſarum luſus abominantes ſp
ueſebantur in armis.

Bacales cũ unico.c.exili & unico.l.ſcribitur: populi
ſunt teſte Heroduto libro hiſtoriarũ quarto par/

ut ĩ Libia auſchiſis cõtermini:iuxta maſ habitãtes

Bænacus cũ.æ.diphthõgo &.c.exili a græcis ſcribitur:lacus eſt Galliæ ciſalpinæ ĩ agro neronẽſi iter arctas montium fauces poſitus:adeo ut inter illos impetu coacti uẽti lacum more maris exagitẽt: dicente Virg.lib.geor.ſecũdo:Fluctibus & fremitu aſſurgens bænace marino.Cuius Maior lõgitudo in trigitaduo miliaria extẽditur: latitudo ad plus ſexdecim:& ad ſex minus ꝓtenſa eſt.Ex hoc mantuanus locus exoriť:ex quo Mincius fluuius uirgilianus decurrit in padum.

Bagæus cum.æ.diphthongo in penultima ſcribiť: nomen fuit uiri:cuius aſtu Oroetes ſardium præfectus trucidatus fuit: ut in ea dictiõe uidebimus.

Baiæ cũ.i.latino ſcribiť:ciuitas fuit Campaniæ inter puteolos & mõtem Miſeni:ſecus cãpanũ mare ſita.ſic quoq; cognominata teſte Seruio ſuper tertio & ſexto æneidos a baio Vlyxis ſocio illic ſepulto.Fuitq; olim hæc urbs temperiæ aeris:& romanoꝝ frequentia atq; ornamentis ædificiorum celeberima:dicente Martiale ad Flaccum.

Vt mille laudem Flacce uerſibus baias.

Laudabo digne:non tamen ſatis baias.

Balena cũ unico.l.&.e.abſq; diphthongo a nr̃is ſcribiť:a græcis uero loco.p.poniť.ph.aſpiratũ:ac dicitur phalena:quaſi cõſpicua.Nam ut uidimus ſæpe.p.in.b.ob uicinitatẽ litteraꝝ cõmutamus aſpirationem nõnunq̃ a.p.abiicimus:bællua eſt marina:quæ ad magnitudinẽ immenſam excreſcit.

Baliſta a q̃buſdam ex noſtris cũ unico . l . ſcribitur: ſed q̃a prima ẽr apud noſtros longa eſt:& a græcis ſemper cum duplici.l.ſignať: uideť apud nos etiã cũ duplicato.l. ſcribi debere. Nã a βαλλω uerbo græco quod latine eſt iacio deducitur.Et a græcis ꝓ tormẽto cõcutiente muros accipitur.Quod & poetæ noſtri obſeruauere.Oui.lib. prio de triſtibus:Quã graue baliſtæ mœnia pulſat onus:& lib xi.metamor. Nã leuius pulſat ſonat.q̃ ferreus oli. Cũ laceras aries:balliſtaq; cõcutit arcu:Luca.uero pro inſtrõ haſtam quamdam iaciẽte accæpiſſe uř cum ait:Neq; enim ſolis excuſſa lacertis.

Lancea:ſed tenſo baliſtæ turbine rapta.

Haud unum contenta latus tranſire quieſcit. Sane græci ĩ ultima.r.unũ addũt:& dicũt baliſtram: quod noſtri forte ob dulciorem apud nos ſonum abiecerunt.

Baleares inſulæ cũ unico.l.ſcribiť:eoq̃ apud poetas noſtros primã ea dictio corripiat. Vir.lib . primo geor. Stupea torquẽtem balearis uerbera fundæ:unde putãt nõnulli Virgiliũ eius deriuationẽ traxiſſe m gis a baleo Herculis cõite . quæ dictio cũ unico.l.ſcribiť:& q teſte Liuio lib.xl.ibidem ab hercule derelictus fuit:cũ ad Gerionẽ nauigaſſet q̃ a βαλω:qđ ẽ iacio:ꝙ primã ꝓducit:a quo etiã ut alii uolũt ꝑ ablationẽ unius.l.deduci potuit.Nam ſunt Iſulæ i hiſpanico mari ſitæ:quaꝝ icolas primitus fũdaꝝ uſum cõperiſſe dixit Vegetius libro primo de re militari:& ita perite exercuiſſe:ut matres paruos filios nullũ cibũ cõtingere ſinerẽt:niſi quẽ ex fũda deſtinato lapide ꝑcuſſiſſent.Quo ſolo tælo:ut dixit Liuius libro octauo de ſecũdo bello punico ſemper uſi ſunt uſq; ad id bellum.

Balſamũ cũ unico.m. ſcribiť:arbuſcula ſola eſt iter arbores neutri generis.uiti ſimilior.q̃ myrto:ut dixit Pli.li.xii.natu.hiſto.Nã ut ait malleolis ſeriť: & ĩplet colles uineaꝝ:mõ incidiť uitrea lapideo oſſeis ue cultellis:ferro læduntť uitalia.Idẽ prius dixerat.Oibus odoribus ꝓfertur balſamũ uni terrarũ in dææ cõceſſũ:quõdã ĩ duobus tamẽ hortis utroq; regio. Altero iugerũ uigiti nõ amplius. Altero paucioꝝ oſtẽdẽte arbuſtũ.Et ſubdit:Nũc hæc arbor tributa pẽdit cũ ſua gente.Sane huius ſuccus opobalſamũ diciť miri odoris : & uirtutis : quaſi οπος.i.ſuccus balſami.Cuius teſte Pli. ſũma ẽ ꝓbatio ut lac coaguler:& ĩ ueſte maculas nõ faciat Xilobaſamũ uero dř ei? arboris lignũ. Nã ξυλον græce latiẽ lignũ dř: At carpobalſamũ eius dř arboris fructus.Nã καρπος græce latiẽ fructus dř.

Bambacium apud antiquos quoſdã græcos comperi:quin & bambiciũ cũ.c.exili &.i.utrobiq;: qđ ex ſonu eius inſtrumenti : quo conficitur:nomen deductum puto.

Baptiſmus & baptiſma utrũq; apud noſtros cõperitur cum.p.&.r.exilibus:atq; in latino ſcribitur: dici poteſt a noſtris immerſio uel intinctio. Nam deriuatur a uerbo βαπτιζω.quod eſt mergo.

Barce cũ.e.exili ſcribitur:fuit nutrix Sichæi:dicente Virgilio libro æneidos quarto. Tum breuiter Barcẽ nutricẽ affata Sichæi. Fuit etiam eodẽ nomine regina quædã libyæ:a qua ciuitas quædã Pẽtapoleos nomen ſortita fuit.

Barcæi cũ.c.exili:&.æ.diphthõgo ſcribiť in penul. populi fũt teſte Seruio ſup.iiii.ænei. ꝓpinqui Carthagini. Vibius uero dixit illos mautoꝝ eẽ populos ĩ aphrica de q̃bus Virg. Lateq; furẽtes Barcæi & ut puto a Barce uel nutrice Sichei : uel alia quæ regina fuit cognominati.Vnde Hamilchar carthaginenſis Barca cum.c.ſimplici cognominatur.

Barathrũ cũ.th.aſpirato ſcribiť.poniť ꝓ loco ꝓcipiti:& iſerno:unde emergi nõ poſſit. Nã deduciť ab eo qđ eſt βαθο:ideſt ꝓfundũ.Vnde iuppiter apud Home.circa initiũ lib.octaui iliados cũ cõminaretur illi deoꝝ qui ſibi ĩobediẽs fuerit inq̃t illum in atrũ:& tam ꝓcul hic poſitũ deiiciã tartarum : ubi ſubter ima terrarũ cũ ferreis portis atq; æreis foribus altiſſimũ barattũ eſt:tanta ĩ iſernũ profunditare demerſum:quãta eſt a cælo in terram.

Barbarus cũ.b.tã in ſecũda q̃ in prima ſcribitur : is diciť q ĩepte loquiť. Vnde Sophocles in Electra: την βαρβαρον σηγλω θανου κεσαιο. Et inde barbaribus cũ.c.ſimplici.ut Virg.lib.ii.æneidos.

Barbarico poſtes aulo ſpoliiſq; ſuperbi. Deducitur etiam inde barbariſmus.

Barbariſmus cum. i.latino ſcribiť:& a barbaro deduciť. Nã uitiũ eſt qđ in ſingulis uerbis cõmittiť ſcribẽdo.ſ.aut loquẽdo. Nã qđ male ſcribiť male etiã dici neceſſe eſt. Non autẽ cõtra quæ uitioſe dixeris & ſcripto peccant. Peccamus eni ſcribẽdo & loquẽdo adiectione:detractione:tranſmutatione litterarũ uel ſyllarum:complectione diuiſione: aſpiratiõe:ſono & ſimilibus.

Barbiton cum .i.latino &.c.exili ſcribiť : genus eſt quoddam inſtrumenti muſici: & ꝓcipue lyricis q̃ aptiſſimũ ut ſcripſit Iulius pollux ad cõmodũ Cæ

ſarem I libro de uocabulis rerum quod ſolū ex no-
minibus deſinentibus in on habemus fœminini
generis. Sappho ad Phaonem.

Non facit ad lachrymas barbiton ulla meas.

Barrhus cum duplicato.r.& ſecundo aſpirato ſcri-
bit̄:cōperi apud græcos poſitū ꝓ elephāto:a cuius
oſſis ſimilitudine dētes barrhos nonnulli dixere:
Horatius:Quid tibi uis mulier nigris digniſſima
barrhis:Et ide barrhire:& ebur tractū qdā uolūt.

Baſis cum unico.s.&.i.latino ſcribitur:dici poteſt a
noſtris ſuſtentamentum.

Baſileus cum.i.latino & uno.l.atq;.eu.diphthōgo
ſcribitur:dicitur a noſtris quaſi baſis λαου:ideſt
ſuſtentamentum populi.

Baſiliſcus cū.i.latino utrobiq; & unico.l.atq;.c.exi-
li ſcribit̄:dicit̄ a noſtris regulus. Nā diminutiuū ē
eius quod diximus baſileus. Quo ſane noīe ſerpē-
tis genus quoddā peſſimum cognominat̄:q teſte
Plinio libro.viii.natu.hiſto.habitat in ſolitudini-
bus Aphricæ cū cādida ī capite macula:uelut quo
dam diademate adornatus:acutiſſimū habet ca-
put:rubeos oculos:& colorē ad nigredinē uergen
tem. Eſt malum ſingulare in terris:de quo multa
Lucanus in nono:ubi hæc etiam ait.

Sibilaq; effundens cunctas terentia peſtes.
Ante uenena nocens late ſibi ſummouet omne.
Vulgus & in uacua regnat baſiliſcus arena.

Baſſarides cum duplicato.ſ.&.i.latino ſcribitur. ut
apud ātiqſſimū quendā cōperi:dictæ ſunt bacchæ
mulſariæ:q̄ ſane expoſitio præ cæteris:quas audi-
uerim placuit:Et cōformis uidet̄ ei:qđ dixit Per-
ſius. Et raptum uitulo caput ablatura ſupbo baſ-
ſaris. Nam finxiſſe uidetur poeta ille Agauē abla-
turā caput Pentheo:tanq̄ uitulo ſuperbo & faſti-
dienti ſacra bacchi:licet alii ēt aliter finxerint.

Baſtarnæ cū.t.exili ſcribit̄:populi erāt ultra Danu-
biū:qa Perſæ Philippi Macedoniæ regis filio ſolli-
citati trāſire flumē glacie conſtratū inextimabili
equoꝝ agmine hoīumq; multitudine una īprout
de ꝓcederent:enormitate ponderis & cōcuſſione
pedū diſſoluta flumis ſupficie oēs pene ſummerſi
ſunt:paucis ī utraq; ripa teſtantibus. His cōtermi
ni ſunt rhoxolani:unde ī triumphalibus Titi Plau
tii apud Tybur ſcriptū habet̄: Regibus baſtarno
rū & rhoxolanoꝝ filios hoſtibus ereptos remiſit.

Bathani cū.th.aſpirato ſcribit̄ & deriuat̄ a βαϑυ:
quod apud nos altū ſeu ꝓfūdū dicit̄: populi ſunt
germanoꝝ:de quibus Lucanus: bathaniq; truces
quos ære recuruo Stridentes acuere tubæ.

Batrachus cū.ch.aſpirato ſcribit̄:dicit̄ a noſtris ra-
na.& fuit nomē ſculptoris propriū:ut oſtēdit Pli-
nius libro trigeſimo ſexto.

Batrachomyomachia cum.t. ſimplici &.ch. aſpira
to utrobiq;:& cū.y.græco niſi in penultima: quæ
cū.i.latino ſcribit̄:dicit̄ ranaꝝ murumq; pugna.
Nam cōponit̄ ex βατραχου ideſt ranaꝝ & μυων
ideſt murum:& μαχια bellum.

Batyllus cum.th.aſpirato &.y.græco atq; duplica
to.l.ſcribit̄. Nā diminutiuum eſt a βαϑυ:quod eſt
altū ſeu ꝓfundum:fuit nomen adoleſcentis famil
quē Anacreō poeta teius ardēter amauit.ut in di-
ctiōe Anacreon uidimus fuit ioculator & ſaltator
ut. Iuuenalis: Molli ſaltante bathyllo.

Batus cum unico.t.exili ſcribit̄:fuit teſte Herodo.
lib.hiſtoriaꝝ.iiii.filius Cyrni regis inſulæ theræ ī
Ariſteus ſuo nomine dictus: ſed Batus teſte Iuſti
no circa finem lib.xiii.propter linguæ obligationē
cognominatus. Hic poſtea cyrenē urbē ædificauit
in Libya :ut uidebimus ī dictiōe Cyrene. Herodo
tus uero putat Batum dictum hoc eſt regem: qa
ſicut ait lingua libyca rex cognominatur.

Battus cū duplici.t.exili ſcribit̄ fuit hoc noīe uoca-
tus paſtor quidā:qui ut fingit Theocritus cū iuuē
cos oleas corrodētes fugare uoluiſſet:& paulo in-
cōſiderātius per quēdā excurriſſet collē parua ſpi-
na in eius talū defixa fuit. Quare dolore percitus
ſociū:ut Corydon nomē erat acclamauit: ut ſibi
ſpinā euelleret:quā cum intētis oculis uix ille ꝑſpi
ceret:ac ſūmis unguibus elicuiſſet:his uerbis cum
admiratiōe batto mōſtrauit οσσιχονεσι τοτυαν
ακαια ικονανδροιδα μοιϑει:hoc eſt q̄ parua qdē
ſpina tam robuſtum uirū domat:melius id græ-
ce.ſed ſat ſit ſententiā explicaſſe. Nam per id pul-
chre nos admirabilis poeta annotauit. Robuſta
corpora ualidaſq; uires habentia: q̄ paruo leuiq;
ictu frangerentur. Qua de re ſapientiſſime Home
rus nihil hoīe ībecilius nutrire terram aſſeruauit
alter Battus fuit ſimiliter paſtor. Et ab Ouidio li-
bro metamor.ſecundo tranſformatur in indicem
ideſt lapidem: quo diſcernuntur gradus auri &
argenti.

Bdellū cū.d.Poſt.b.& duplici.l.ſcibit̄ atq;.i.latino.
eſt teſte Pli.li.xii. natu.hiſto.arbor nigra: magni-
tudine oleæ:folio uero & robore ſimilis caprifici.
Hæc ut ait in bactrianis nominatiſſima naſcitur.

Bebrycia antepenultima cū.y.græco:& penultima
cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:regio eſt:quæ po-
ſtea dicta fuit Bithynia a Bithyno rege: ut teſtis ē
ſolinus. Et eſt proxima troadi in introitu ad pon-
tū & inde bebricius. Virg.li.æneī.qnto locutus de
bute ait. Qui ſe bebricia ueniens amici de gente
ferebat. Et Lucanus libro ſexto. Pinguis bebrycio
diſceſſit uomere ſulcus.

Bebryacum cū.y.græco &.c.exili ſcribit̄: fuit teſte
Corne. Tacito uicus ſitus inter Veronā & Cremo
nam duabus romanis cladibus notus infauſtuſq;:
de quo meminit Iuue. ut uidebimus in dictione
pathicus hodie uero dicit̄ labia.

Beliar cū unico.l.&.i.latio ſcribit̄ nomē ē dæmōis.

Belides cū unico.l.ab aliqbus.a nōnullis uero græ-
coꝝ & latinoꝝ cū duplicato.l.&.i.latio ſcribit̄:fu-
erūt qnq̄ginta ex diuerſis uxoribus filiæ Danai fi-
lii Beli:unde dcē ſūt belides. Quas pr̄ Aegiſthus
cū parē filioꝝ nūerū haberet:filius ſuis in matrio-
niū collocare uolebat.ſed Danaus oraculi reſpōſo
exterritus:his ꝓrſus aſſentire nolebat. Nā reſpōder
rat Apollo danaū ipm manibus unius ex filiis Ae-
giſthi:quē generū hēret occidēdū eſſe:ſed penc ad
hæc matrimonia cōficienda coactus: filias in hūc
modū ſubornauit:ut cū ad uiroꝝ thalamos acce-
derent:abſconſos gladios ſecum deportarēt:& ui-
ros ſuos ea prima nocte interficerent. Quos utiq;
oēs excepta miore natu hipmeſtra īterfecerūt:q̄ il
no uiro ſuo miſerta pepcit:A quo tractu tpis Da-

naus ipſe detrũcatus fuit:de qbus iuuena.ĩ ſatyra.
Credo pudicitiã meminit:quado dixit. Occurrẽt
multæ tibi belides:& ſic tꝑam penultimã corripit.

Bellona cũ duplicato.l.ſcribiť:dicebať dea belli:&
martis ſoror:quã quidã Palladẽ fuiſſe aſſerũt. cuí
ex proprio ſanguine ſacerdotes ſacrificabãt:ut di-
xit Lactantius lib.primo inſtitutionũ.Quod Lu-
canus ſimiliter libro primo tetigit cũ ait:Tũ quos
ſectis bellona lacertis,Sæua mouet cecinere deos
Et.Iuuenalis in ſatyra Criſpini Sed ut phanaticus
œſtro Percuſſus bellona tuo diuinat. Ante huius
tẽplũ ut dixit Feſtus Romæ collumella erat: quæ
bellica dicebať.ſup quam haſtã iacebant: cũ bellũ
indicebatur.Nã ab illa uocabulũ bellũ deductum
quidam putãt.Et dicitur bellum teſte Seruio ſup
octauo æneidos: tempus oẽ: quo uel præparatur
aliquid pugnæ neceſſariũ:uel quo pugna geritur
prælium autem dicitur conflictus ipſe bellorum

Bellerophontes cũ duplicato.l.imediate ſubſequẽ-
te.e.abſq; diphthõgo.atq;.t. exili ĩ ſine ſcribiť hic
teſte Homero lib.iliados ſexto: fuit Glauci regis
Ephyræ filius ĩclyto decore cõſpicuus & uirtutis
maxime.Sed adoleſcẽs Præto filio Abantis regno
Ephyræ priuatus.ĩ uictoris regia iuſſu regis dege
bat. Cuius iclyta forma capta Sthenoboea Præti
regis uxor:q̃ Homer.ſolus anteã uocat illũ de libi
dine requiſiuit:ꝓ cuius mercede regnum cõiugis
promitebat.Quod cum illa impetrare ab eo non
poſſet:uerita ne regi eam ille crim latetur: Præue
niens Bellerophonte marito accuſauit. aſſerẽs eũ
ſibi uim ĩferre uoluiſſe. At rex cum Bellerophon-
tem diligeret:nec de illo ſuppliciũ ipſe ſumere uel
let.ad Heuriem lyciorum regem & Sthenoboeæ
patrẽ illũ tranſmiſit cũ litteris ĩdicãtibus uoluiſſe
eum filiæ pudicitiam auferre.Qui cũ ſe de illo oc-
culte uĩdicaꝛ uellet:diuerſis eũ periculis ut chimæ
ræ:& aliis uariis bellis obiecit:e qbus ſemp uictor
& triũphator euadens: ultimo aduerſum amazo
nes eius regnũ ĩfeſtãtes illũ miſit:quas ille ſuparas
ĩ ſuos termios redire coegit. Quãobrem Heuries
tãtã Bellerophõtis uirtutẽ cõſpiciẽs:non ſolũ ipſũ
miſeratus ẽ:ſed Achimene alteram filiam:& Ste-
noboeæ ſororẽ cũ pte ꝛgni illi uxorẽ dedit.Quod
poſtquã Stenoboea cognouit ſeipſam interemit
Quæ oĩa.Iuuen.tetigit ĩ ea ſatyra:quæ ĩcipit Om
nibus in terris cum ait:Sed caſto qd forma nocet:
qd ꝓfuit immo Hippoplyto graue ꝓpoſitum:qd
Bellorophonti Erubuit nẽpe ceu faſtidita repulſa
Nec Sthenoboea minusq̃ craſſa excãduit:& ſe cõ-
cuſſere ambæ.Similiter Horati.in odis. Vt prœtũ
mulier perfida credulum falſis impulerit Crimini
bus nimis caſto Bellerophonti.

Berecyntus abſq; aliqua aſpiratione &.y.græco ſe-
cundũ Seruium in nonum æneidos ſcribiť:mõs ẽ
& oppidũ Phrygiæ iuxta Sangarim fluuium: ubĩ
magno cultu uenerabatur deorum mater: a quo
frequenter berecynia ipſa uocata fuit. Et ut ait
Seruius annotauerunt ãtiqui differentiã ĩter hũc
& mõtẽ.Deli ꝑ detractionẽ aſpirationis ab ultima.

Berecynia cum.c.exili ſequẽte.y.græco &.t. simili-
ter nõ aſpirato ſequẽte.i.latino in penultima ſcri-
bitur:cuius cauſã in præcedenti dictiõe uidimus:
fuit deum mater:ſic a mõte Phrygiæ cognomĩata
Oui.li.fa.iiii.Quod bene mutarit ſedẽ berecyntia
dixit:de qua late uidebimus ĩ dictione Cybele. At
Cynthia cũ.th.aſpirato ſcribiť:quia a monte Deli
ſic quoq; cognominať:ut ĩ ea dictiõe uidebimus.

Bergomũ cũ.o.in penultima ſcribiť: dictio eſt nec
græca nec latina:ſed barbara:opidũ eſt in Gallia ci
ſalpina a gallis ſenonibus militibus Brẽni teſte Po
lycrato condita.quoꝝ lingua ꝑ id uocabulũ mon
tana urbs deſignatur:unde bergomẽſes ciues nũ-
cupantur:Verum Pergamum cum.p. in initio &
a.in penultima ſcriptũ oppidũ fuit nobiliſſimũ in
minori Aſia regia Attali:& patria Gallieni. Vnde
pergamẽ & nõ pergamenſes dicti ſunt ab hac ciui
tate ob penuriã chartæ ab Attallo rege miſſa ẽ mẽ
branarũ copia:quæ ab oppido ꝑgamẽæ dicta ſũt.

Berillus cũ.i.latino & duplicato.l. ſcribitur: genus
eſt lapidis coloris pallidi & trãſpentis:de quo po-
cula fieri apud nobiles romanos oſtẽdit iuue.cum
ait in ſatyra.Si te ꝓpoſiti:Helia dũ cruſtas:& inæ
quales berillos:uel ob cælaturã:uel ob impoſitos
lapides ꝓcioſos.Nã byrrho ut multi gẽmas ad po
cula tranſfert:ut idem poeta dixit.

Beronice cũ.i.latino &.c.exili ſcribiť:fuit una Pto-
lomæi Philadelphi mater:cui a Philemone ꝓfe-
cto regis teſte Pli.in ulti.natu.hiſto.topathiũ ipor
tatũ fuit: quod illi mirꝛ placuit. Ex quo facta deide
fuit ſtatua Arſinoæ Philadelphi uxoris quatuor
cubitoꝝ:& ſacrata in delubro quod aureũ rogno
minabať. Altera fuit eius Philadelphi filia: & ſo-
ror Ptolomæi Euergetis:uxorq; Antiochi filii Se
leuci primi. Aliã ſcribit memorãdã Ioſephus filiã
Herodis alterius Hero.regis iudeoꝝ filii: & ſoror
Agrippæ ſimiliter iudeoꝝ regis:quã Titus Veſpa
ſiani filius teſte Suetonio iucunde amauit: de qua
Iuuenalis in ſatyra Credo pudicitiã tetigit cũ ait.
Grandia tolluntꝛ criſtalina maxima ruſus.
Myrrihna: deide adamas notiſſimus: & berõices
In digito factus præcioſior:hunc dedit olim
Barbarus in ceſtæ.i.Ptolomæus Dionyſius cleopa
træ uxori ſuæ:qui deinde ad Aggrippam iudeo-
rum regem deuolutus Beronicæ ſorori datus fu
it:unde pergit poeta.
Dedit hunc agrippa ſorori:
Obſeruãt ubi feſta mero pede ſabbata reges:
Et uetus ĩdulget ſenibus clæmẽtia portis. At eius
uel hiſtoriam omnẽ late explicuit Ioſephus de ca-
ptiuitate iudaica libro Alia po-
nitur a Valerio de ultione.

Beſſi cũ duplici.ſ.ſcribiť: populi ſunt: trachũ teſte
Solino dextero latere Strymonẽ incolẽtes uſq; ad
Meſtũ amnẽ:qui Pãgæi radices circũfluit:de qbus
Ouidius libro quarto de triſtibus ait.
Viuere q̃ miſerũ eſt inter beſſoſq; getaſq;
Illum qui populi ſemper in ore fuit.
Hos in quibuſdam græcis codicibus boſſos cum:
o.& non cum.e.ſcripitos comperi.

Beta cũ.t.exili ſcribitur:nomẽ eſt ſecũde litteræ al-
phabeti græcorũ unde.Iuue.ĩ ſatyra plurima ſũt
fuſcine ait:Hoc diſcũt oẽs ante alpha & beta puel-
læ.Veꝝ & ſi hæc littera apud græcos uoce ipſius.
u.noſtri dũ cõſonãs eſt ꝓferť:tamen cũ apud nos

tranſſert:ſemp fere ĩ.b.noſtrũ cõmutamus. Non nũq̃ ẽr & ĩ.u.cõſonãs:ut βίκιον uitia.& alia pauca/ Qui & oĩa nomina litterarũ terminata in.a.cum t.præcedenti habẽt ipſum.t.exile:hoc eſt ſine aſpi/ ratione ſignificatum ut beta ita rheta iota zita.

Bethys cum.e.abſq; diphthõgo &.th.aſpirato atq; y.græco ſcribitur:regio eſt Hiſpaniæ: quæ a flu/ uio per illam decurrente nomen aſſumpſit.dicẽte Seneca in Medea.

Nomenq; terris qui dedit Bethis ſuis.

Heſperia pulſans maria lãguenti uado. Et fluuius ipſe βάθυν:quod eſt profundum nomẽ aſſumpſit In hoc flumine lanas pulchro colore tingi oſten/ dit Martialis cum dixit:

Bethys oliuifera crinen redimite corona.

Aurea qui nitidis uellera tingis aquis.

Quod etiam Iuuenalis tetigit cum ait ĩ ſatyra Na tali Coruine dies.

Præcipitare uolens etiam pulcherrima ueſtem

Atq; alias:quarum generoſi graminis ipſum

Infecit natu ra pecus:ſed & egregius fons.

Viribus occultis & Bethycus adiuuat aer.

Bethſaida cum.th.aſpirato ſequẽte.ſ.&.i.latio ſcri/ bitur:urbs fuit in Syria.

Betulos cũ.t.exili & unico.l.ſcribiť:Hiſpaniæ ẽ flu/ uius:cuius aq̃ ad ferri tẽperamẽta dicit q̃ aptiſſia.

Bianor cum.i.latino ſcribiť:fuit teſte Homero li/ bro undecĩo iliados unus ex troianis pricipibus: qui cum Oileo auriga ab agamẽnone in bello ĩte/ remptus fuit:alius fuit Tyberini regis tuſci:& Mã tonis fatidicæ:quæ Mantuam conſtruxit: de quo Virgilius in Mœri:Namq; ſepulchrum icipit app rere Bianoris. Et dicitur Bianor quaſi βία: idẽſt uiolẽtia:ανήρ uir. Hic idẽ dictus fuerat prius Oc/ nus ut uidebimus in dictione Manto.

Bias cum.i.latino ſcribitur.fuit perinenſis philoſo/ phus ex aſia patre Teutamo natus. Hunc Satyrus ſeptẽ reliquis ſapiẽtibus prætulit.Idẽ teſte Laertio uir fuit totus ſgius.& ciuium ſuotũ priceps quos diu ad uerſus periculis tutatus eſt.Sed tandem ca pta ſemel patria:cum fugiẽtibus cũctis onuſtis ſar cinulis præcioſarum rerum ſuarum:& ipſe iterro garetur cur ex bonis ſuis ſolus nihil ferret:reſpõ/ dit oĩa bona mea mecum porto.poſt hæc uſq; ad ĩteritum ſuũ defendẽdo amicos aduocauit:Et cũ iã decrepitus pro clientulo aduocaſſet: feſſuſq; ca/ put in nepotis filiæ gremiũ declinaſſet expirauit.

Byblesia prima cum.y.græco & penultima cum.i. latino ſcribitur:urbs fuit in Aſia.

ſcripſit aduerſus ferme ducentos in qua dicebat
futuroꝝ ꝓuidētia rōne poſſe cōpræhendi ꝓ uir/
tute uiri hūc eundē Herodo.li.hiſto.i.cum Hip/
porate in olympia cōueniſſe oſtēdit. Fuit idem in
loquendo breuis: ob qd' Ariſtagoras meleſius eū
breuiter loquendi modum chilonium appellauit
Sēuit circa primā & q̄nq̄geſimā Olympiadē:quo
tpe uiguit Aeſopus.obiit ipæ āplexus & oſculatus
filium q fuerat in olympia coronatus. Defūctum
aiunt ex immodica lætitia & in imbecili ſenio.

Cius cū.c.exili &.i.latino ſcribit:fluuius eſt Thra/
ciæ:q teſte Herodo.li.hiſto.iiii.expæōibus & tho
dope monte profluens:medium ſcindit æmum.
& in iſtrum defluit.

Chius cū.ch.aſpirato &.i. latio ſcribitur : inſula eſt
in mari ægæo:habēs aruiſium ꝓmontoriū:a quo
aruiſia uina deducebant.Vir.i daphni:Vina nouū
fundam calathis aruiſia nectar.Et hēt chius in pri
mitiuo penultimam breuē:ut Luca.in.viii Quas
a ſine caures:& quas chius aſpat undas:At in deri/
uatiuo producit.ut Hora.lib.ii.ſermonum:Cecu
ba uina ferens alchon coium maris expers.

Ciſſeus cū.c.exili &.i.latio atq; duplicato. ſ. &. eu.
diph.ſcribit:fuit teſte Vir.li. ænei.v. rex Thraciæ
dicente Aenea.

Cratera impreſſum ſignis:quæ thracius olim.
Anchiſæ genitori in magno Munere ciſſeus.
Ferre ſui dederat monumentū & pignus amoris:
Fuit & pr̄ Hecubæ uxoris priami:ut oſtēdit Euri
pides εκαβη cū ait: πολυδωροσ εκαβησ παις
γεγωσ τησ κισσεωσ.Ex quo patronymicū fœmi
ninum proficiſcitur ciſſeis. Vir.lib.ænei.vii.Ciſſe/
is pregnans ignes enixa iugales .

Cyſſus cum.c.exili &.y.græco atq; duplicato.ſ. ſcri
bitur:genus eſt hederæ:quæ teſte Pli.li.xvi. n atu/
ralis hiſto. ſola oium generū ſine adminiculo ſtat.

Cithara cū.c.exili &.i.latino atq;.th.ſequēte .a.uoca
li ſcribit:inſtrm ē muſicū:qd et ilyra dicitur.

Citharœdus prima cum.c.exili & .i.latino:ſequens
cū.th.aſpirato:& penultima cū.œ.diphthōgo ſcri
bit.Nam componitur ex cithara & ωιδοσ cātor:
ubi:diphthongus ex.ω.mega &.i.paruo cōuertit:
in.œ.diphthongū noſtrum quēadmodum ſupra
uidimus:cū de illa tractauimus. Muli et uero dici
tur apd Terentiū cithariſtria ſicut a cimbalo cim/
baliſtria:at cantrix ſeu cantatrix dr̄ apud eūdē pſal
tria a pſalmo uerbo græco:quod apud nos ē cāto.

Cythera prima cum.c.exili &.y.græco:penultia cū
ch.aſpirato ſequente.e. abſq; diphthongo ſcribit
fuit teſte Heſiodo i theogonia ciuitas Cypria qua
Venus ipſa cognominatur . Eadē litteratura ſcri/
bit inſula:quæ ultima ex cycladibus ponit. Laer
tius uero Laconiæ iſulam dixit:quæ prius porphi
ris dicta fuit:ut i ea dictione uidebims. Sed ob ce/
lebratum Cythereæ templum : Quod in illa erat

cythera neutri generis & tãtũmodo ĩ plurali co/
gnominata fuit. Virg. in primo æneidos: Hũc ego
ſopitũ ſomno ſup alta cythera Recondã: & libro
decimo. eſt paphos idaliumq; tibi ſunt alta cythe
ra: ſicut hæc ſolẽnia & hæc artaxata ĩ plurali ſimi
li mõ tantũmõ declinant ur: ut Iuuẽalis. Sic præ/
textatos referunt artaxata mores: de quibus ĩ ſuis
dictionibus uidebimuſq;.

Cytherea prima cũ. c. exili &. y. græco: ſequẽs cum.
th. aſpirato &. e. uocali tam ĩ penultima q̃ ante pe/
nultima abſq; diphthõgo ſcribiť: ſane apd̕ græcos
in penultima ẽ. ei. diphtõgus: ob quod dixit Serui
us ſuper. vi. æneidos dici cythéream pro cytheriã:
hoc eſt uoce græca: ubi illa diphthongus ſic ſonat.
Et eſt cytherea Veneris cognomen a cytherea ur/
be cypri: ut in præcedenti dictione uidimus.
Vnde uocabulũ cythereia & cythereus p diuiſio/
nem. ei. diphthõgi deduciť. ut Oui. lib. metamor/
phoſeos. xiii. Fert humeris uenerabile onus cythæ
reius heros.

Cythereis ut ſuperior dictio & cũ. i. latio in fine ſcri
biť: nomen fuit libertæ Volumini. Quam Gallus
amauit. & licorin ĩ ultima ægloga: quæ gallus in/
ſcribiť Vir. nominauit.

Cithæron prima cũ. c. exili &. i. latio ſequens cum.
th. aſpirato &. æ. diphthongo ſcribiť. Vnus eſt ex
iugis Parnaſi montis Boetiæ: non lõge a Thebis.
quem Lactãtius dixit libro primo diuinaꝝ iſtitu/
tionũ ſic quoq; dici: quia frequenter ſuper ipſo cã/
tu cytharæ Orpheus pſonaret. Quod Oui. li. me
tamorphoſeos tertio prius confirmaſſe uidetur
cum ait.
Vadit ubi electus facienda ad ſacra cytheron.
Cantibus & clara bacchantum uoce ſonabat.
Nã ĩ eo per ſancte colebať bacchus. Quin & ĩ illo
pentheus atq; orpheus dilaniati fuerunt.

Cytorus prima cũ. c. exili &. y. græco: penultĩa cũ. t.
&. o. uocali ſcribitur: mons ẽ teſte Solino minoris
Aſiæ in paphlagonia porrectus in ſpatium trium
& ſexaginta milium buxo fertilis: quæ ut ait: uen/
to mota æſtus imitatur undarum: dicente etiam
Virgilio lib. geogicorum ſecundo.
Et iuuat undantem buxo ſpectare cytoton.

Cytiſus prima cũ. c. exili &. y. græco: ſecũda cũ. t.
ſimplici &. i. latino: quin & unico. ſ. ſcribiť: frutex
eſt teſte Plinio circa finẽ libri. xiii. naturalis hiſto/
riæ ab Antilomacho atheniẽſi miris laudibus p̃di
catus pabulo ouium: quo modico pingueſcũt &
quadrupedia: aut iumenta hordeũ ſpernunt: hæc
ille Quare dixit Theocritus.
αιξ τον κυτισον ο λυκοσ ταν αιγα διωκει.
α γεpανοσ τοpοτpον εγω δ ε αιτιν με μαινημα.
Et ex qbus traſtulit Vir. quando dixit in corydõe
Torua læna lupum ſequitur: lupus ipſe capellã.
Florentẽ cytiſum ſequitur laſciua capella. Et ſub/
dit Pli. ad ea q̃ ſupra dixit. Nõ ex alio pabulo lactis
maior copia aut melior: Et infra ſubſequitur iuẽ/
tus hic frutex in cytiſo inſula inde tranſlatus ĩ oẽs
cyclades: mox in urbes græcas caſei ꝓuentu: hæc
ille; ideo dixit Seruius ſuper. ii. geor. ab ea inſula. ĩ
qua abundat nomen aſſumpſiſſe. Et pergit Plini/
us propterea quod maxime miror rarum eſſe in
italia nõ æſtuũ: nõ frigoꝝ: nõ grandinũ: aut niuis
iniuriã expaueſcit. Adiicit Iginus: ne hoſtium quĩ
dẽ pp nullam gratiam ligni: nec formam eius fru
cticis faciem ue declarat: ut reliquorum fecit.

Cytrapos prima cũ. ch. aſpirato &. y. græco: ſequens
cum. t. exili ſcribitur: dicitur ille tripos qui chytrã
i. ollam ſupra ignem detinet. Et ſequitur ultimæ
dictionis declinationem quæ eſt pos podis. Vt Oe
dippos & ſimilia.

Cyzicus prima cũ. c. exili &. y. græco: ſecunda cum.
z. conſonante &. i. latino: ultima cũ. c. exili ſcribiť
ciuitas fuit Aſiæ nobiliſſima ſita ĩ cherõeſo maris
propõtidis mœnibus arce & turribus mamoreis.
quaſi altera roma: ut ſcripſit Florus lib. iii. Vnde
ait Ouidi. lib. i. de triſtibus.
Huncq; propontiacis herentem cyzicon oris:
Cyzicon æmoniæ nobile gentis opus.

Clanius cũ: c. exili &. i. latino ſcribitur: fluuius ẽ Cã/
paniỹ prope Neapolim fluens: & Acerras dictus a
κλανιον: quod eſt uiola: qua illius ripæ abũdare
dicuntur.

Clariũ cũ. c. exili &. i. latino ſcribiť: oppidũ eſt teſte
Seruio ſuper tertio æneidos in ꝯfinio colophonio
rum. Vnde apollo clarius dictus eſt: quod nõ lõge
ab Epheſo qdam eſſe referũt: Vbi iuppiter Neptu
nus & Pluto mundi imperia ſibi inuicem ſunt ſor
titi. Vnde Plinius li. v. natu. hiſt. cũ de Epheſo loq̃/
reť inqt. Inde apollinis clari phanũ lebetos fuit.

Claros cum. c. exili ſcribiť: inſula eſt una ex cycladi/
bus: a qua ut nõnulli putãt Apollo clarius dictus
eſt qđ Homerus in hymno Apollinis aſſerere uť.

Clarius cũ. c. exili &. i. latino ſcribitur: cognomen ẽ
Apollinis. uel ab oppido in cõfinio colophonioꝝ.
Vel ab inſula claros: in qua ut dicũt claria ẽ urbs:
in qua religioſiſſime colebať clarius deus dictus ẽ
Ouidius libro ſecũdo de arte. Et clario delos ama
ta deo. Idẽ circa initium libri faſtorum. Et clario
miſſa legenda deo.

Claſſica cũ. c. exili & duplicato. ſ. ſcribiť. fũt teſte Pe
tronio grãmatico cornua tubæ: quæ conuocandi
cauſa facta erant: & ut ait a calãdo claſſica dicta fũt
de quo in dictione calendæ uidimus.

Clazomene cũ. c. exili ĩ pria &. z. cõſonãte ĩ ſecunda
ſcribiť: urbs ẽ ĩ cõfinio Aeoliæ: & ioniæ quã ſub ly
dia nonnulli hiſtorici quandoq; poſuere.

Clearhcus prima cũ. c. exili & ultima cũ. ch. aſpirato
ſcribitur: quaſi cleos. i. gloriæ: & archos princeps.
fuit philoſophus ſolenſis.

Cleãtes cũ. c. &. r. exilibus ſcribiť: fuit Aſius philo/
ſophus & phãii filius: & teſte Antiſthene pugi pri
mũ deinde profectus Athenes cũ quattuor drach
mis diſcipulus factus ẽ Zenonis. Fama eſt ipſum
laborioſiſſimũ fuiſſe: adeo ut ĩopia cogẽte ſe mer/
cenarium faceret: ac noctu quidẽ ĩ hortis hauriret
aquas. ĩterdiu opera ſtudiis liberalibus daret: Piſe
bat ẽt ſæpe farinas: Ingeniũ obtuſum diligẽtia ui/
cit. cõpoſuit libros pulcherrĩos de tpe: de ſenſu. de
arte: de appetitione: de antiqtate: de diis. de hime/
næo de gigãtibus: de arte amatoria: de politicis: de
legibus: & alios q̃plures. Tumuit illi gingiua ac pu
truit: medicoꝝ ĩnia biduo ſe a cibo abſtinuit: cõua
leſcente ipſo & medicis ſibi cõſueta permitẽtibus

ſterũ ſpõte ſua fecit abſtinentiam quã cõſumptus
eſt:& exſtinctus: Alii dicunt amore alterius uitæ
manũ ſibi iniæciſſe.audito a ſe Zenõis ãnis.xix.cu
ius annos:hoc nonageſſimum æquaſſe diciť.Et il
le idem eſt qui cloantes cũ. o. poſt.l. a Iuuenale dř
cum ait in ſecũda ſatyra. Et iubet archetipos plu/
teum ſeruare cloantas. At cloanthus cum.th. aſpi
rato alius fuit ut in ea dictione uidebimus.

Cleobolus cũ.c.exili & unico.l.i ultima ſcribiť:fuit
lindius Euagoræ filius unus ex ſepté ſapientibus:
Græcæ:cuius genus plærigꝫ ad Herculé referunt:
dicuntqꝫ illum petiſſe Aegiptũ percipiendæ phi/
loſophiæ gratia.Natãqꝫ illi filiolam clebolinã:quã
examettorũ ænigmatum uatem aiunt: Fuit hic
tempore Solonis: ad qué epiſtolam direxit: obiit
annorum.lxx.

Cleombrotus cum.c.&.t.exilibus ſcribiť:fuit teſte
Plutarcho uir lacedæmonius: & Pauſaniæ filius.

Cleoſtratus abſqꝫ aliqua aſpiratione ſcribitur: fuit
nomen cuiuſdam uiri athenienſis.

Cleomenes cũ .c.exili & aqſqꝫ aliq̃ diphthongo ſcri
bitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriaum tertio
uir ſua ætate iuſtiſſimus.

Cleone cum. c. exili ſcribitur: urbs eſt Arcadiæ in
Nemæa regiuncula:

Cleonymus cum.c. exili &.y.græco ſcribiťnomen
fuit uiri proprium.

Clericus abſqꝫ aliq̃ aſpiratiõe & cũ.i.latio ſcribiť:di
ci põt q̃ſi ſortitus.Nã a κλιρoσ: qđ é ſors deduciť

Clepſydria pria cũ.c.exili: ſecũda cũ.y.græco:& pe/
nultima cũ.i.latino ſcribiť.Vas eſt quodam i fun/
do crebris & minutis foraminibus perforatũ:quĩ
&.c.latere ſuperiori laniori quodã foramine aper
tum:quod ſane uas cum aqua impleť: & inde ſu/
perius foramé digito claudiť:ne uacuum deť:cõti
netur aqua interius nec effũdi poteſt.Sed cũ aperi
tur quia aer uices eius quod euacuať ſupplere p̃t:
per rimas ipſius fundi ſparſum defũdiť.Sãe nõnũ
quã ſimili uaſe deſignabanť apud antiquos horæ
Et a κλεπτω:qđ eſt furor:& υδρια:quod é uas aq̃
um componitur:quaſi aquam furetur.

Climax cũ.c.exili &.i.latino ſcribiť:diciť:latíe ſcala:
qđ tam in plurali q̃ in ſingulari:idem ſignificat &
in utroqꝫ numero cõperitur.Eſt etiam climax fi/
gura cum de uerbo ad uerbũ ſit gradatio. ut Vir.
in Alexi:Torua leæna lupũ ſequiť:lupus ipſe capel
lam: Florentem cytiſum ſequitur laſciua capella:
& illud:Mars uidet hãc: uiſamqꝫ cupit: potiturqꝫ
cupita. Vnde Aphricanus modo conſimili alebat
Ex innocentia naſcitur dignitas:ex dignitate ho/
nor:ex honore imperium:ex imperio libertas.

Clymene cũ.c. exili &.y. græco & abſqꝫ aliq̃ diph/
thõgo ſcribiť fuit teſte Heſiodo in theogõia nym
pharũ una Oceani & Tethios filia de qua Vir.lib
geor.iiii.Inter quas curã clymene narrabat inanē
Fuitqꝫ mater Phaetõtis:de qua Oui.lib.metamo.
prio. Et tulit ad climenen epaphi conuicia mater
Altera fuit miniſtra Helenæ decoris oculis redi/
mita: ut dixit Home.li. ilı·iii. quã unã & Aethrã:
alteram comites in patrihabuerat. Vnde ait Oui.
in epiſtola Helenæ ad Paridem.
Cætera per ſocias clymenem æthrãqꝫ loquamur:
Quæ mihi ſunt comites cõſiliũqꝫ duæ.

Clio cũ .c. exili &.i.latio ſcribiť: fuit muſaꝝ una a
cleos: quod eſt gloria cognomiata:ut uidebimus
in dictione muſæ.de qua Ouidius libro faſtorum
quinto:clioqꝫ & curuæ ſcita Thalia liræ.

Clitẽneſtra pria cum.c.exili &.y.græcos:ſecũda cũ.
t.exili &.æ.diphthongo:penultima cũ.m. ante.n.
in eadem ſyllaba &.e.abſqꝫ diphthõgo:ultima cũ.
t.eexili ſcribiť. Quanq̃ inſcii qdam moderniores
ſcripturã eius dictiõis ꝓrſus corruperũt. fuit Tyn
dari filia ex Leda:uxorqꝫ Agamemnonis & mater
Horeſtis.quæ cũ adulteraſſet cũ Aegiſto Thyeſtis
filio: Agamẽnonem a bello troiano redeuntem
teſte Iuuenale media inter pocula interfecit.

Clitomacus pria cũ.c.exili &.i.latio:ſequẽs cũ.t.ſi/
militer exili ultima cũ.ch.aſpirato ſcribiť fuit phi
loſopus carthaginẽſis:& ligua patria Haſtrual uo
cať in q̃ ẽt philoſophari cœperat. Venit Athenas.
xl.ãnos natus:audiuitqꝫ Carneadé:q̃ hois iduſtriã
admiratus: eum curauit ſtudioſe doceri: euaſitqꝫ
ita clarus:ut Carneadi ſucceſſerit uerſatus ẽ in tri
bus ſectis academica: peripatetica:& ſtoica.

Clinias cũ.c.exili &.i.latio utrobiqꝫ ſcribiť: & nõ/
nunq̃ ſine.s.finali apđ græcos i pria ei diphthõgo
fuit teſte Plutarcho pater Alcibiadis: Alius fuit
cretẽſis:de quo Plato in legibus meminit.

Clypeus cũ.c.exili &.y.græco ſcribẽdũ eẽ oſtendit
Pli.li.xxxv.natu.hiſto.oſtendens γαυπω:quod ẽ
ſculpo deriuari: q̃ſi γαυπτοσ:hoc ẽ ſulptus. Ita
ut.y.mureť.c.noſtrũ ſicut cõtra ob uicinitaté lite
rarũ:ut i antehabitis oſtẽdimus. Vnde ait ſic Pli.
Scutis.n. q̃libus apđ Troiã pugnatum ẽ:cõtiebãť
imagines.unde & nomẽ habuerũt clipeoꝝ.Nõ ut
puerſa grãmaticoꝝ ſubtilitas uoluit a cluẽdo de/
duci.hæc ille cluere.n.ãtiqui pugnare dicebãt. Et
ſubdit: Pœni ex auro factitauere clipeos ſculptis
imaginibus:& ſecũ i caſtris tulere. Quare nomẽ
clipeoꝝ a κλυφω:quod eſt ſculpto habere uoluit.

Clyſtriũ prima cũ.c.exili &.y.græco ſcribiť:iſtru
mẽtũ eſt ad purgandum uentrum.

Clytius pria cũ.c.exili &.y.græco:penultia cũ.t.ſin
pliciter nõ aſpirato &.i.latio ſcribiť:fuit teſte Ho.
filius Laomedõtis:& frater Priami. Alteꝝ hoſuit
Vir.li.xi.ænei.cũ ait.
& Clitium & lidem & amicum cretea muſis.

Clitor abſqꝫ aliqua aſpiratiõe & cũ .i.latio ſcribiť:
dici poteſt inuitator:& inde clitorius.

Clitorius cũ.c.&.t.exilibus atqꝫ.i.latio ſcribiť:ẽ Ar
cadiæ fõs:q ſemel potus odiũ facit uini:ut uidebi/
mus i dictiõe Prœtus:de eodẽ Oui.metamor .xv.
Clitnrio qcũqꝫ ſiti de fõte leuauit Via fugit.& relq̃

Clitũnus pria cũ .c.exili &.i.latio penultía cũ.t.exi/
li & ulrĩa cũ.m.ãte.n.ſcribiť.Et ut græci qdã ſue/
rũt dř q̃ſi clitor:hoc ẽ iuitator amnis.Sic.n.i hiſto
ricis dionis de ſcđo bello punico ꝓ fonte Vmbriæ
poſitũ cõpi.Nři uero dictum eẽ in ualle ſpoletana
apđ radices mõtis:cui treuiũ oppidũ imiet: & flu
uiũ ex ſe effũdere apđ ueuaniã & ſpoletũ:q tãdẽ to
pio fluuio iũctis i tibri cadit.Ex huius aq̃ ſi bos bi
berit:& cõcepit: nõ ſolũ grãdes tauros: ſed pẽitus
albos ꝓducit:qđ Vir.lib.geor. ii. tetigit cum ait.
Hinc albi clitumne greges & maxima tauri.

Victima:ſæpe tuo perfuſi flumīe ſacro:
Romanos ad templa deum duxere triumphos.

Cloáthus pria cū.c. exili : ultía cū .th.aſpirato ſcribiť.nomē fuit troiāi cuiuſdā æneæ comitis:cōpoſitū ex cleos:q̄ ē gloria:& ανθοσ flos:q̄ſi gloria ſit floris:& pp altiorē ſonū magis.o.q̄.e.i pria retiuit

Clonus cū.c.exili ſcribiť:nomē fuit uiri propriū aurifabri:deductū a κλω:q̄ eſt frágo : & ide κλωνοσ ramus: de qoo Virg. lib. æneidos.x. Quæ clonus eurytides multo cælauerat auro.

Clōius cū.c.exili ſcribiť:&.i.latio fuit unus ex qnq̄ ducibus boetiorū:qui cū qnquaginta nauibus ad troiá nauigauerūt:ut oſtēdit Homerus libro iliados ſecundo.

Clotho cū.c.exili &.th.aſpirato ſcribiť : hētq̄ apď græcos accētū i fie:una ē ex pcis: ut uidius i dictione atropos. Altera eodē noie fuit nympha marina:una ex filiis Nerei:de q̄ Vir.lib.ænei.ix.ait.
Magniq̄ iubebo æquoris eſſe deas:quales nercia clotho.
Et galatea eſcāt ſpumātē pectore pontū.

Cloaca abſq̄ aliq̄ aſpiratiōe a nr̄is ſcribiť:atq̄ græcā eē dictionē nōnulli affirmāt. Ita ut a cochlea cō mutatis qbuſdā litteris deriueť : qa eos ſubtextus cōmeatuſq̄ hēre uideať:quos hēt cochlea. Ali latiná dicūt:& a colādo deductā eē uolūt:dicēte Vlpiano de cloacis:cloaca ē locus cauus:p quē colluuies qdā fluit. Feſtus uero dixit cloacā a cloacare : qď ē ingnare deduci:ſed ſubdit Vlpiáus:cloacæ aūt appellatiōe & tubus & fiſtulæ cōtienť: Et ide ſeqtur ad ſalubritatē ciuitatū:& ad tutelā ptinet. ut cloacæ porgenť & reficianť. Nā & cælū peſtilēs & ruiná minanť imūdiciæ cloacaꝝ. Sane Liuio teſte libro.ii.ab urbe. Tarqnius foros i circo faciēdos & cloacā: quæ maxſa recæptaculū oium purgamentoꝝ ſub terra agēdā:qbus ut ſubdit opibus uix noua hæc magnificētia quicq̄ ad æquare potuit. Et Pli.lib.xxxvi.na.hi.cū romana q̄dā ædificia cōnumeraſſet : ſub p̄terea cloacas operum oium dictu maximū ſuffoſis mōtibꝫ atq̄ urbe pēſili ſubtuſq̄ nauigata. Et ſubſeqtur id.M.Agrippa fecit i ædilitate poſt cōſulatū: cornicatis ſeptē amnibus curſu pcipiti torrētū mō rapere.atq̄ auferre oia coactis. Et plura admitāda q̄ de huiuſcemōi rebus idē auctor proſequiť.

Chlamis pria cū.ch.aſpi.& oltía cū.y.græco ſcribiť: idumētū ē militaŕ & comicū ut dixit Iu. Pollux.

Chlēa pria cū.ch.aſpi.ſeq̄nte.l.&.æ.diphthō. ſcribitur. Gēus ē ueſtimēti : qď deſup alia portabat. Vt Lucilius lib.xx.a Parthēio iducit:q ait chlænā deſup idutā fœdauit. Sic Homer.lib.ilia.ii. Vlixē iducit dicētē cōtra Theſitē:ſi offēdero te iteꝝ talia faciētē p̄hēdā:& de nudatū oibus ueſtibus nō mō tibi auferā χλαιναντιλε Χιωνα : hoc ē chænā & tunicā:ſed ut ſubdit etiā ea q̄ pudēda regūt. Idē li.x.αποφιλαρα Χλιναν τερονησατο. At Virgi.li.ænei.iiii.ſine.ch.tātūmodo lænā dixit cū ait:ardebant morice læna:ut in ea dictiōe uidebimus.

Choris cū.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur:fuit una Amphiōis Orchomeni regis filia : uxorq̄ Nilei & mater Neſtoris atq̄ alioꝝ undeci filioꝝ: altera ab Ouidio dea floꝝ poniť:q̄ cū nympha eē nō ignobilis:& Zephyro nubere:q̄ſi dotis loco id mūeris a marito accepit:ut floꝝ oium ptātē hēret unde i quit ipſa apud Oui.li.faſt.v.Chloris erā q̄ flora uocor corrupta latio nois ē nr̄i lr̄a græca ſono. huius ſacra floralia dicebanť iſtituta:teſte pli.li.xviii.na.hi.urbis anno.lvi.ex oraculis ſyllabæ : ot oia bene defloreſcent. Nā ut idē auctor rettulit: tria tpa fructus metuebāt:pp quos iſtituerunt ſerias dieſq̄ feſtos rubigialia floralia: Rubiglalia Numa cōſtituit āno regni ſui.xi.quæ nūc aguntť ad.vii.calē.maii quoniá tūc fere ſegetes rubigo occupat. Diē uero floraliū Varro determiat:Sole tauri ptē.xiiii. obtinēte. Ita ut ſi i eo q̄ triduo iciderit pleniluniū fruges & oia q̄ florebūt ledi neceſſe erit. Vialia.ix.cal.martii deguſtādis uinis iſtituta:q̄ nihil ad fructus.

Cloelia cū.ch.aſpirato &.o.atq̄.e.ſepatis apud græcos atq̄ unico.l.ſequēte &.i.laiio ſcribiť. Vir.tamē o.&.e.cōiunxit i oerſu ut iſra uidebius : fuit uirgo romana:de q̄ late Li.li.ii:ab urbe ſcripſit. Hæc porſene Hetruſcoꝝ regi cū pluribꝫ aliis romáis utriſque ſexus obſes data fuit : Vt ſi Porſena hoſtes a ianiculo remoueret: romái agros dudū oeientibus ablatos reſtituerēt. Sed illa cū liberatū a b hoſtibus ianiculū cōſpexiſſet:dux caterue uirginū effecta inter hoſtiū tæla cū illis aufugiēs natādo Tybri ptráſiuit. Et uirgines oēs ppings ſuis reſtituit : de quo Vir.li.ænei.viii.& fluuiū oinculis inatet cloelia ruptis. Quá ſolá cū Porſena reſtitui ſibi oio expoſceret : admiratus uirginis uirtutē ptē aliā obſidum quos ipuberes illi ellegit ei largitus ē: & honoratā remiſit. Vnde Iuue. Quod miraretť cū coclite mutius:& q̄ imperii fines tyberinum uirgo natauit.

Cnidos cum.c.exili ſequēte.n.i eadē ſyllaba &.i. latino ſcribiť:una ē ex qnq̄ ciuitatibus Doricæ græcie:ot oſtēdit Hero.li.hi.i. In hac teſte Pli.li.na. hi. vii. tēplū fuit Veneris & ſimulachrū ſculptū a Praxitele neutiquá a libidioſo cōplexu tutū. Vnde cōterráeus meus Carolos aretius i elegia ad poggiū.
Praxitelelq̄ cnidi rurſus te marmore ſignet.
Pulchra uenus:quod ſit nobilis ipſa cnidos.
Deniq̄ lyſippus ſigat ſpirantia ſigna:
Oia mercurio cædere uiſa meo. De q̄ Venere late uidebius i dictōe praxiteles. Sed ut ait Pli.li.xxxvi na.hi.ſūt i Cnido & alia ſigna marmorea illuſtriū artificū liber pr̄ Bryaſidis:& alť Scopæ & Mierua

Cnoſus cū.c.exili ſequēte.n.i eadē ſyllaba ſcribitur: urbs fuit i Creta Minois regia:nnde cnoſius cnoſia cnoſiū deriuať: q̄ ob uicinitatē lr̄aꝝ modernio res cū.g.ſcribūt. Vir.li.geor.i. Cnoſiaq̄ ardētis decedat ſtella corō:æ quā a Vulcáo fabricatā ariadne filia Miois dono acæpit:ut i dictōe ariadne uidius

Coaſpis cū.c.exili &.i.latio ſcribiť:fluuius ē medorū:q apud pſas i Tigri decurrit. Huius aq̄ teſte Solino adeo dulcis ē:q̄ q̄diu reges pſaꝝ i regno erāt: ex eo ſibi pocula ſp uolebant & ſi pegregraderenť ſecum deferebant.

Cocytus abſq̄ aliq̄ aſpiratiōe & cū.y.græco ſcribiť: habetq̄ apud noſtros accentum in penultima: fluuius dr̄ iſernalis:q ex Styge palude naſciť: & a poetis ſæpius decantať.

Cochlea pria cū.c.exili & ſeq̄ns cū.ch. aſpirato ſcribiť:teſta ē liacæ:q̄ & nōnūq̄ p ipſa liaca poniť. ut

pli.li.xviii.ſiacæ iqt naſcūtī uitia:& aliqñ e tetraco
chleæ minutæ mitum in modū erodētes eam.
Cochliarium pria cum.c.exili ſequēs cum.ch. aſpi/
raro ſequente.l.&.i.latino utrobiq ſcribit:& a co/
chlea ob eius ſimilitudinē deriuatum eſt.
Cocche ut in antiquiſſimis & emēdatiſſimis codici
bus nr̄is cōpi:pria cum.c.exili utrobiq:& ultia cū
ch.aſpirato ſcribit.Nā apud græcos nuſq̄ dictionē
hāc legi:quā tamē qdā græcā eē cōtēdūt: nec illius
derioationē exqrere ualui: & ot quidā putāt uinū
corruptum deſignat:qđ idicare ur̄ Iuue.cum ait ī
ſaty. Vmbritii.Cuius acetu. Cuius cocche tumes
nec ſtare pōt cōcha ut qdā ſyllabaꝝ ignari male le
gunt.Sed ſtare tamē pōt cōche ꝓ piſce. qđ inueni
ri nonnulli affirmāt in Martiale.
Cocles cum.c.exili utrobiq ſcribit: fuit teſte Hero
diano grāmatico tractatu de noīe apud antiquiſſi
mos cognomē habentium unum oculum : unde
oculū a latinis primo tractatum qdā uolunt . fuit
itaq apud romanos cognomē Horatii cuiuſdā In
clyti & fortiſſimi ciuis: dicente Plinio de uiris illu
ſtribus. cum porſena prio īpetu cæpiſſet ianiculū
Hora.cocles illo cognomine qđ in alio ꝑlio oculū
amiſerat pro ponte ſublicio ſentit.quē fuiſſe ligne
um dixit Seruius ſup. viii.æneí. Et tandiu hoſtiū
impetum ille ſolus ſuſtinuit:quādiu pontem poſt
ſe confractum fuiſſe a ſuis ꝑſenſit . Et inde proot
erat armatus in Tyberim ſe coniecit : atq ad ſuos
enatans magna cum gloria euaſit: dicente Virgi/
lio li.octauo æneidos.Illum īdignanti ſimilē: ſimi
lēq miati.Aſpiceres pōtē:q auderet uellere cocles.
Codrus cum.c.exili ſcribit: fuit teſte Ser. ī Daphni
dux athenienſiū:q orto bello inter laconas & athe/
nienſes:cum reſpōdiſſet oraculum illos poſſe uin/
cere:quoꝝ dux periiſſet.habitu humili profectus
eſt ad hoſtium uicina tentoria : & illic iurgio eos
in cædem ſuam inſtigauit.Quar̄ a nullo cognitus
& iterfectus fecit locū oraculo:Vnde teſte Iuſtino
libro ſecūdo hoſtes cognito Codri corpore ꝑ anu
lū:quē geſtabat ſine ꝑlio diceſſerūt.
Cœmiteriū abſq aliq aſpiratiōe & cū.œ.diphthō/
go ī pria atq.i.latino utrobiq ſcribit. Et a græco
uerbo deducit:ꝙ ē κοιμομαι: id ē dormio : cum
mortui eo ī loco dormire dicātur.
Cœnobiū pria cū.c.exili &.œ.diphthōgo: penultia
cū.i.latio ſcribit:locus dr̄:i quo cōis uita ducitur.
Nā cōponit a κοινοσ:qđ ē cōis:& βιοσ uita.
Cœna cū.c.exili &.œ.diphtōgo ſcribit. Nā a κοινн:
qđ ē cōis trāſfert:quia plures ſemp ī comune cœ
nare cōſueuerāt.Vnde rephēdit eos.Iuue. ī pria ſa
tyra:q cōtra maioꝝ cōſuetudinē ſecreto cœnabāt:
& ut ita dicā cōtra uocabuli īſtitutionē agerēt : cū
dixit:Quis fercula ſeptē Secreto cœnauit auus:Et
ī eadē ſatyra:Optia ſyluaꝝ īterea pelagiq uorabit
Rex hoꝝ:uacuiſq toris tātū īpſe iacebit . Nā ut ait
Feſtus id oli erat cœna:ꝙ dr̄:prādiū:ab ea hoīum
cōitate cœna dici potuerit:& ſic quoq a poetis no
ſtris pro utroq obſeruatū uidet.
Cœnaculū cū.c.exili utrobiq:&.œ.diph.ſcribit.Et
a cœnādū aptus:hoc ē ſine īferiore taberna & offi/
cia.Vnde nō tā ꝓ loco cœnādi q̄ ꝑ pte domus ſu/
piore dr̄: accipit dicēte Varrone:Vbi cœnabāt cœ
naculū uocitabāt poſtq̄ ī ſupiori pte cœnitare cœ/
pūt.Supior domus uniuerſa cœnaculū dicta acci/
pit ēt a poetis nr̄is nōnunq̄ ſignificatiōe diminuti
ua ꝓ loco ubi paupes & iopes cœnare cōſueuerūt.
Iuue.ī ſaty. Oibus ī terris inqt : Tpibus diris igit.
iuſſuq nerōis Lōginū & magnos ſenecæ ꝑdiuitis
hortos Clauſit:& egregias lateráoꝝ obſidet ædes
Tota cohors:rarus uenit in cœnacula miles.
Cœnatio cū.œ. diph.ſimiliter ſcribit:& a cœuādo.
deducit . Ponit a nr̄is poetis ꝓ loco ad cœnādum
ſed ī imo dōus.Iuue.ī ſaty.Et ſpes & ratio inqt:Et
algētē rapiat cœnatio ſolem.
Cœlū ut qdā uolūt cū.œ.diph. ſcribit. Et deducūt
a cœlo uerbo:qđ ē ſculpo : uerbū uero a κοιλον:
ꝙ ē cōcauū:qa ī ſculptura id neceſſario exigi dicūt
Et ide celebs oia cū.œ.diph.ſcribūt. Aliis uero ma
gis placet cū.æ.diph.ſcribēda hæc eē:ſecūdū qđ la
tius uidebimus in dictione diphthongus.
Cœleſyria pria cū.c.exili &.œ.diph.āte penultia cū.
y.græco:ī penultia cum.i.latio ſcribit : uocabulū
ē:quo qdā ex nr̄is antiqs uſi ſunt:idicātes ꝑ illđ ca
uā ſyriā Nā ex κοιλн:qđ ē caua:& συρια cōponit.
Cœus cū.c.exili &.œ.diph.ſcribit: fuit gigas filius
Titāi & Terræ:q ī Cæa īſula ſupꝰoiſſime regnū te/
nuit:a quo īſula traxiſſe nomē dr̄ : de quo mēinit
Vir.lib.geor.i.cum ait Cœumq iapetumq creat
cænumq typhoea.
Colaphizo cū.c.exili & unico.l.atq.i.latio &.z.cō
ſonāte ſcribit:idē ē qđ apđ nos alapā icutio.
Colaphus cū.c.exili & unico.l.ſcibit:a nr̄is qbuſdā
alapa dr̄. & deſcēdit a κολαφнιζω qđ ē alapā icu/
tio.Iuue.ī ſaty.Scire ueli ait.Nos Colaphū icutius
lābēti cruſtula ſeruo. Terētius:Plus qngētos cola/
phos infrægit mihi.
Colyma cū.c.exili & unico. l. atq.y. græco ſcribit:
dici pōt a nr̄is uetatio:quo uocabulo uſum Afra/
nium dicunt in menæchinis cum ait:Colyma a le
none ſancitum eſt.Nam deriuat a κολυω : quod
eſt ueto:quod in ꝑter ito facit uetui:& ī ſupino ue
titum:inde uetatio & nō uetitio.Nam nomina q̄
ueniunt a uerbis primæ coniugatiōnis poſitio/
nem ſupini habentibus in itum uel in ictum : pre
ter cæterorum uerborum legem exeunt ī atio nō
in ictio:ut preſto preſtiti : preſtitum preſtati non
preſtitio:cubo cubui cubitum:cubatio non cubi/
tio:domitum domatio nec non domitio: ſōitum
ſonatio non ſonitio:crepitum crepatio non crepi
tio:tonitum tonatio non tonitio:licet dicamus ſo
nitus crepitus tonitus:non ſonatus crepatus tona
tus.Frictum fricatio non frictio:& ita in cæteris:
Sectio tamē crebrius reperitur q̄ ſecatio.Lauo &
poto non habent ſupina neq in itum neq ictum
ſed in otum . Idem formant nomina ſua lotio &
potio . Vnde ſunt lotor & potor nomia uerbalia:
& lotium pro urina prima tamen breui non lon
ga. Aliquādo reperitur lauatū & potatum:unde
ſunt lauatio & potatio:lauatorq & potator. Iuuo
uero alio mō format deriuatiuum:uidelicet iutū.
Cæterum ex alio ſupino iuuatum facit iuuatio ab
illo fit iutor:ſeu potius adiutor : Ex cæteris āt pau
ca ſunt noia uerbalia in or.ut domitor & non do/
mator & ſector ē ſignificat uēditoꝝ bonoꝝ exulis

& ot aliq uolũt emptorẽ. Et ſectio ipſa hæc actio.

Colyphiũ pria cum.c.exili ſequẽs cum.y.græco: & penultima cum.ph.aſpirato & .i. latino ſcribitur. Et apud quoſdã poetas græcos: uti apđ noſtros ꝓ cibo: quo luctatores utebanť: ut iuuenalis in ſatyra Vltra ſauromatas. Luctantut paucæ: comedũt colyphia paucæ.

Colica cũ.c.exili utrobiq; & unico.l.atq;.i.latio ſcribitur: paſſio ẽ iteſtini: quod græce colon dr̃. Vnde nomen aſſumpſit.

Coboliũ cũ.c.exili & unico.l.atq;.i.latio ſcrib. ueſtis erat ſine mãicis: & deſcẽdit a κολοβο q; ẽ breuio.

Colocaſia cũ.c.exili utrobiq; & unico.l.atq; unico s.&.i.latino ſcribiť. Eſt teſte Pli.li.xxi.na.hi. nobiliſſima herba I Aegypto: quã cyamõ aliq uocãt: ſpectabilis foliis & latiſſimis ẽt ſi ad arbores cõpenť q̃ cũ aq̃ i uaſis ſæpe iplexa gratiſſimã potationẽ reddũt: ꝑducitq; ſabã i arenoſo ſolo decoctã: q̃ gratũ ẽt ad nos traducta ſaporẽ reddit. hæc ille: unde ẽt eſſe puto quã ſabã ægyptiã uulgo uocamus. Colocynta abſq; aliqua aſpitatiõe & cum.y.græco ſcribitur: ut quã noſtri tranſcribere in penultĩa cũ .q. conſonante conſueuerunt: ac conoertentes.y.græcum in.u.& ſuperaddentes.i.latinum dicunt coloquinta: & eſt teſte Diaſcoride agreſtis cucurbita.

Colchos prima cũ.c.exili & ultima cum.ch.aſpirato ſcribiť: regio eſt iuxta Pontum ex parte Aſiæ: q̃ regnum fuit Oetæ regis.

Colla cum.c. exili & duplicato.l. ſcribitur a noſtris dicitur gluten.

Colliriũ pria cũ.c.exili: ſequẽs cũ.y.græco: & penultima cũ.i.latio ſcribiť: medicamẽ ẽ oculoꝝ. Vnde Iuue.in ſaty. Credo pudicitiã ait: Et prurit ſrictus ocelli Angulus iſpecta geneſi collyria poſcit.

Colophon cũ.c.exili & unico.l.ſcribiť: urbs ẽ Lydia quã qdã nobilẽ ferũt ex oracolo clarii Apollinis.

Colon cũ.c.exilii & unico.l.ſcribiť: dici põt a nobis artus mẽbrum & internodiũ: Eſtq; etiam nomen inteſtini.

Coloſſus cũ.c.exili & onico.l. atq; duplicato.ſ. ſcribiť: græcũ uocabulũ eſt: & a κολον: qđ eſt mẽbrũ deduciť. Itaq; pro mẽbroſa & alta ſtatua ponitur. Vnde ait Pli.li.xxxiiii.natu.hiſto. Moles qoippe ex cogitatas uidemus ſtatuaꝝ: quas coloſſos uocant turribus pares: talis eſt in capitolio Apollo tranſlatus a Luculo ex Apollonia põti orbe.xxx.cubitoꝝ qoingentis de talentis ſactus: Talis in cãpo martio Iuppiter a Claudio Cæſare dicatus: q decorať põpeiani theatri uicinitate: talis & Tarẽti ſactus a Lyſippo.xl.cubitoꝝ. Refert ẽt Apion græcus hiſtoricus. q Pliſtonices cognominať: & Paulo ante Plinium fuit adhuc tũc i labyritho Aegypti coloſſum eẽ Serapis: e ſmaragdo cubitoꝝ.ix. Sed ante oẽs teſte Pli.i admiratõe fuit Solis coloſſus Rhodii: quẽ fecerat Clares lyndius Lyſippi ſupradicti diſcipulus: q.lxx.cubitoꝝ altitudinis fuit. q poſt quinquageſimũſextum ãnum terræmotu ꝓſtratus: iacens quoq; miraculo eſt. Pauci pollicẽ eius amplectũť. Maiores ſunt digiti q̃ plæræq; ſtatuæ: uaſti ſpecus hãc deſractus mẽbris. Spectanť intus magnæ molis ſaxa: quoꝝ pondere ſtabiliuerat illud conſtituens.xii.ãnis tradũt effectũ trecẽtis talẽtis: q̃ cõtulerãt ex appatatu regis Demetrii relicto. Sont alii cẽtũ minores eadẽ urbe ubicũq; ſinguli fuiſſent nobilitauri locum. Fuit & in Galliæ ciuitate aluernis Mercurius oẽm amplitudinẽ eius generis ſtatuarũ ea ætate uincẽs q̃ Xenodorus fecit. Is poſtq̃ ſatis artẽ ibi approbauerat. Romã accitus eſt a Nerone ubi deſtinatũ illius principis coloſſum fecit centũ xx.pedũ: de quo uidebimus in dictiõe Roma. Nã ab eo amphitheatrũ ꝓpinquõ coloſſeũ uocatum eſt. De quo Mar.li.i.epigrãmatũ inqt: Hic ubi ſidereus ꝓpius uidet aſtra coloſſus. & creſcũt pægmata celſa uia: hoc eſt amphitheatrũ ubi pægmata.i. ludi exercebanť: Et pgii: inuidioſa feri radiaban atria regis.i.Neronis. Nã ibi domus eius aurea fuerat: Vnaq; iã tota ſtabat i orbe domus.

Collyiuſta cũ.c.exili & duplicato.l.ſequẽte.y.græco & cũ.i.latino I penultima ſcribiť: dr̃ a nr̃is nũmularius: & minutus menſarius: q & idẽ forte ab illis trepezita uocať: cũ & collyiuſta trapezas habeat.

Colpus cũ.c.exili &.p.nõnunq̃ qdẽ exili nõounq̃ uero aſpirato ſcribiť: diciť a noſtris ſinus.

Coma cũ .c.exili & unico.m.ſcribiť. Et ſi hẽat primã breuẽ capilloꝝ ornatũ idicat. Nã tũc quoq; a græcis cũ.o.paruo ſcribiť. Si uero hẽat illam longam oillam deſignat: & com.o. magno apud græcos ſcribiť: Et differt ſecũdum aliquos coma a cæſarie. Quia a cedendo cæſaries dicta ferť. Et coma capillos non cæſos indicat αποτου κοπτω κατα την αντιφρασιν.

Cõma generis neutri cũ duplicato.m.ſcribiť: & dicit apud nos partẽ. Nã deriuať: αποτου κοπτω.

Comarus cũ.c.exili & unico.m.ſcribiť: dr̃ teſte Pli. li.xv.na.hiſto.a nr̃is arbutus: eſt ẽt genus mori.

Comata abſq; aliqua aſpiratiõe: & cũ onico.m.ſcribiť: nomẽ eſt paſtoris: de quo ſæpe Theocritus gn & galloꝝ regionis cognomen: ubi grãdem illi deferunt comam.

Cometes abſq; aliqua aſpiratiõe ſcribiť: & derioať a coma: quã habere uť. ob quod teſte Plin.li.ii. na. hiſto. crinita latine dr̃: & infra ſubdit: Cometes in uno totius orbis loco colitur. i templo Romæ admodũ fauſtus diuo Auguſto idicatus ab ipſo qui inſpiciente eo apparuit in ludis: quos faciebat Veneri genitrici: non multo poſt obitũ patris Cæſaris i collegio ab eo iſtitoto. de quo Vir. intellexiſſe puto cũ ait: Ecce dionæi ꝓceſſit cæſaris aſtrũ. Maxime cũ nõ multo poſt dicat pli. eo ſidere ſignificari uulgo creditur Cæſaris animã inter deorum immortalium nomina recæptã. Quo nomi id in ſigni ſimulachro capiti eius: quod mox in foro cõſecrauimus adiectum eſt.

Comœdia cum.c.exili &.œ.diphthongo in antepenultima atq;.i.latino in penultima ſcribiť: cõponiturq; p modũ: quo ſupra in generalibus ꝓceptis late oſtendimus. Sane fuit comœdia apđ græcos duplicis generis antiq̃.ſ.& noua. antiq̃ qdẽ teſte Quitiliano cuni ſincæram illam ſermonis attici gratiã prope ſola retinet: tũ facondiſſimæ libertatis in uitiis inſectandis eſt ꝓcipua. Qua quidem & pron ſa ſatyra græcos uſos ſuiſſe demonſtrat. Fueruntq; i ea ꝓcipui Ariſtophanes Eupolis & Cratinus: ut in dictiõe ꝓlogus late demõſtrabius. Noua uero co-

mœdia eadem uía qua & noſtra incedit: ĩ qua nos
claudicaſſe Quintil.dicit & ut ait uix leuẽ umbrã
græcoꝝ ſequimur:adeo ut ſermo ipſe romãus nõ
recipere uideatur illam ſolã conceſſam atticis Ve-
nerẽ in quo genere eodẽ teſte p̃cipuus & admiran
dus fuit Mæander:ut in ea dictione uidebius:apd̃
nos uero plures fuerunt:ſed ſoli iam reſtãt Teren.
& plautus.De quo Varro Epiſtilonis ſnĩa muſas
plautino dixit ſemone locuturas fuiſſe. ſi latine lo
quĩ uellent. Sed habuimus olim Cæcilium:Neuĩ
um: Licinium: Attilium: Turpilium: Trabeã:Lu-
cetium : Ennium .De quibus iulianus ſedicus te-
ſte Aulo Gellio hos uerſus edidit.

Multos incertos certare hanc rem uidemus.
Palmam poetæ comico cui deferant.
Cum meo iudicio errorem diſſoluam tibi.
Vt contra ſi quis ſentiat:nil ſentiat.
Cælicio palmam ſtatuo de comico.
Plautus ſecundus facile exuperat cæteros.
Deinde Neuius:qui ſeruet precio in tertio.
Si erit quod quarto detur dabitur Licino.
Poſt inſequi Licinium facio Attilium.
In ſexto ſequitur hos Terentius.
Vt contra ſi quis ſentiat:nil ſentiat.
Poſt inſequi Licinũ facio Attilium.
Turpilius ſeptimũ:Trabea octauũ obtinet.
In nono loco eſſe facile facio Lucetium.
Decimum addo antiquitatis cauſa Ennium.

Quã ſane ſniam cõfirmare uidet Gellius:ſed non
plane Cicero & Quintilia Vnde ait ille ad Atticũ
li.octauo epiſtola tertia:ſecutuſq; ſum nõ dico cæ
ciliũ inane:ut ex portu ĩ Pyræo:malus.n.auctor la
tinitatis eſt.Sed Terentiũ: cuius fabellæ pp elegan
tiã ſermonis Putabant a.C.Lelio ſcribi. Heri ali-
quot adoleſcentuli coimus ĩ Pyræũ: Quintili.i.x.
ĩ comœdia maxime claudicauimus:ſic cœciliũ ue
teres laudibus ferãt:licet Terẽtii ſcripta ad Scipio-
nẽ aphricanũ referant.Quæ tamẽ ſunt in hoc ge-
nere elegantiſſima:& plus adhuc habitura gratiæ
ſi intra uerſus trimetros ſtetiſſent: Sane a comœ-
dia comicus deducitur.Et is dr̃ q comœdiam cõ-
poſuit:ut Cæcilius.Plautus:& reliq . Comœdi ue
ro ſunt rep̃ſentatores actoreſq; comœdiarũ : ſicut
tragicus qui tragediam cõfecit: & tragedus repre-
ſentator actorq; tragœdiarum.

Concha pria cũ.c.exili:& altera cũ.ch.aſpirato ſcri-
bit:genus eſt piſcis ex cãcroꝝ genere carentis ocu
lis ut dixit Pli.li.ix.natu.hiſto. q̃ teſte Solino potiſ
ſimæ ſunt in mari indico:ĩ qbus ut ait reperit mar
garita genus lapidis p̃cioſi.Quin & ĩ eadẽ ortogra
phia uolũt ꝑ uaſe capi & tuba. Alii uero ꝑ his lati
nã dictionẽ uolũt:& ſine aſpiratione ultimæ ſcri-
bendũ dicunt:ita ut dicat quaſi cõcaua.

Conchylia prima cũ.c.exili:ſequens cũ.ch. aſpirato
&.y.græco penultima cum unico.l.&.i.latino ſcri
bit:genus eſt piſcium ĩ mari aſſyrico & indico: ex
quoꝝ inciſis conchis lachyme emanant qbus pur
pura tingit.Idem murices dicunt & ſarræ: ut Vir
gi.in.iiii.æneı.Ardebat murice læna : & li.geor.ii.
Vt gẽma bibat & ſarrão dormiat oſtro. Quare Iu
uena.ĩ tercia ſatyra de adulatoribus græcis loq̃ns
inquit.Horum ego non fugiam conchylia: id eſt
purpuras adulationes uenena : ut Virgilius libro
georgicorum ſecundo : Albaneq; aſſyrio fucatur
lana ueneno.

Conon cum.c.exili.hoc eſt ſine aſpiratiõe ſcribit.fu
it uir athẽiẽſis:q tpe pelopõneſiaci belli ad rẽ publi
cã ſe cõtulit:ĩ qua magna qdẽ peregit. Nã teſte Ae
milio probo p̃tor pedeſtribus exercitibus p̃fuit.
Et p̃fectus deinde claſſis creatus res magnas mari
geſſit in qua ptãte phearas cæpit lacedæmonioꝝ
coloniã:Idẽ ĩ extremo pelopõneſiaco bello pretor
erat:cũ apd̃ Aepos flumẽ copiæ athẽienſium a Ly
ſandro ſunt deuictæ:ſed tunc quoq; affuiſſe Cono
nem conſtat:ex quo peius res adminiſtratæ ĩ eam
calamitatẽ deuenerũt. Veꝝ cum rebus afflictis pa
triã obſideri audiſſet:non q̃ſiuit ubi tuto uiueret
ſed unde ciuibus ſuis p̃ſidio eſſe poſſit:qđ tãtis la-
boribus & periculis cõfecit:ut ultimo a tyriabazo
q Sardis p̃erat:ſub amicitie ſpecie conuocatus ĩ ui
cula coniectus eſſet : in quibus aliquãdiu fuit : ſed
ut nõnulli ſcribũt ide ad pſaꝝ regẽ deductus apd̃
eum periit. At Dion hiſtoricus: qui fideliter pſica
ſcripſiſſe dicit effugiſſe eũ ſcribit:& dubitat an Ty
riabazo id ſciente uel ĩprudente factum fuerit.

Conopeum cum.c.exili &.e.abſq; diphthongo ſcri
bit : genus eſt tentorii ex filo cõtexti: quod ad eui
tandos culices ſupra lectum explicari cõſueuit. Nã
κωνωψ græce latine culex dicitur . De quo Iuue-
nalis in ſatyra ſexta : Vt teſtudineo tibi lentule
conopeo.

Contus abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur : dicitur
apud nos pertica ſiue ſuades.

Cholera cum.ch.aſpirato ſcribitur:dicitur a noſtis
bilis: Iuuena.in ſaty.Credo pudicitiã ait.
Nauſeat atq; oculis bilem ſuſtringit opertis.

Coctona prima cum.c.exili:ſequens cũ.ct.ſimiliter
non aſpiratis ſcribitur. Eſt ẽ neutri generis ae plu
ralis numeri:apud græcos ficoꝝ genus eſſe cõpe-
ri:quæ quidem ab urbe Syriæ.quæ Coctõ diceba
tur nomen aſſumpſſerunt:Idẽ Pli.lib.xiii.na.hiſt.
confirmaſſe uidetur:dicens ficorũ caritas minor ẽ
eius generis:quæ coctona uocant . Et immediate
ſubdit:Itẽ pruna in Damaſco Syriæ nata: & miſſa
utraq; iam familiaria. Idem Iuuenalis ſenſiſſe uide
tur ĩ ſatyra Vmbritii:cum dixit de adulatore græ
culo: Aduectus romam quo prima & coctona uẽ
to: hoc eſt eodem modo uenalis Quin & puas cẽ
ficus oñdere uidet Mart.in.vii.Paruaq; cũ cãis ue
nerũt coctona prunis. Et circa ultimũ opis inquit
Hæc tibi quæ cocta uenerunt coctona menſa.
Si maiora forent coctona ficus erat.

Coons cum.c.exili & duplicato.o.ſcribitur: Fuit te
ſte Homero li.xi.iliados primogenitus filioꝝ An
tenoris:qui cum Iphidamãtis fratris mortem ab
Agamemnone illatam uidicare uellet : & Agamẽ
nonẽ ſolus uulneraſſet:ab eodẽ & ipſe iterfectus ẽ.

Cophinus cum.c.exili &.i.latino ſcribitur : dicitur
latine corbis.

Corax cũ.c.exili ſcribit:fuit unus frater Tiburti. ut
uidebius ĩ dictiõe Tybur:& oppidũ uolſcoꝝ ab eo
cognoĩatũ. Alter fuit orator ſicu.q & Tiſias primi
artificioſe dicẽdi p̃cæpta lr̃is mãdaſſe dicũtur.

Corybantes abſq; aliqua aſpiratione:& cum.y.græ

co ſcribitur:populi fuiſſe dicuntur in Creta q una & curetes iouem infantem aluerunt. Nam ut di/xit Oui.li.iiii.faſto.
Pars clypeos manibus: galeas pars tundit inanes.
Hoc curetes agunt:hoc corybantes.

Corydalus cum.c.exili &.y.græco atq; unico.l.ſcribitur.genus eſt auiculæ.

Corycus cū.c.exili utrobiq; &.y.græco ſcribit̃: fuit Ciliciæ urbs:& eiuſdē nois portus:ac ſiliter mons optimū croci deferēs:ī quo antrū illud eodē noie famoſum a poetis & hiſtoricis eſſe celebrat̃. Nā ut ait Soli.eſt ibidē ſpecus:q mōtē ipoſitū mari a ſū/mo cauat uertice:patulus hiatu ampliſſimo ut ēt Pōponius cōfirmauit:q de huiuſmodi ſpecu plu/ra & admiranda conſcribunt: imo & tribus ſpecubus diſtinctum illum eē exponūt. Quoq; ultimū typhoneū uocit:de quo Lucanus: Antraq; lætife/ri rabiē typhonis anhelant. Simili mō & oia coryco deſcēdentia ſcribuntur:ut corycius: ut Vir. lib. georgi.iiii. Nāq; ſub œbaliæ memini me turribus altis Coryciū uidiſſe ſemē. Eſt ēt corycus collis alius apud Delphos cū ſimili ſpecu:ut Home.ī hymnis Herodotuſq;:& alii q̃ plures oſtendunt.

Cortina abſq; aliqua aſpiratione & cū.i. latino ſcri/bit̃:ab aliqbus græcū dr̃ uocabulū. Ego uero illd̃ latinū potius puto:& a coriis tractū: ex qbus prio cōficiebant̃:qbus & nōnunq̃ loca magis abdita ab aliis ī tēplis ſepari cōſueuerāt. Quare & pro hmōi loco poſitū cōperit̃. Vir.li.ænei.iii. Et mugire adi/tis cortia recluſis:ubi ait Serui. Cortia locus ē: unde oraculi pceptū dat̃. Pli.uero li.xxxiiii.na.hi.ſentire of cortinā ēt tripodē eē Apollinis cum ait: Ex ære factitauere & cortias tripodū noie delphicas quoniā ludis maxie Apollīs delphici dicebat̃ hæc ille:iuxta qd̃ Vir.li.vi.æne.dixiſſe ur̃: Neq; te phœbi cortia feſellit. Vel ut inqt Ser.i.iii.ænei.dr̃ cor/tina:uel q apollis tripos corio phytōis tectus ē:uel qa certa illic reſpōſa tradunt̃:q̃ſi cortia. Vel qd eſt uerius qa cor illic uatis rendit̃. Nā cauerna q̃dam ī tēplo Apollinis fuit: ad quā phœbas rapta uaticiabatur:ut oſtendit Lucanus quinto hæc Seruius.

Cortina uero cū.y.græco &.c.i initio pro urbe cre/tæ a modernis qbuſdā ſcribit̃:ſed qa apud græcos cū.g.littera hētur:& id antiqs nr̃is obſeruatū legi/mus:de ea uidebimus in dictione gortyna.

Coridon cum.c.exili utrobiq; &.y.græco ſcribitur nomē ē paſtoris. De quo ſæpe Theocritus & Vir.

Corcyra cū.c.exili utrobiq; &.y.græco ſcribit̃: iſu/la ē in mari ionio olim phæacū patria:& Alcioi regnū:& a Corcyra corcyretus corcyrera corcyretū deducit̃. Martia. in ultio: Aut corcyreti ſunt hæc de frōdibus horti:Aut hæc maſſyli poma draco/nis erant. De hac ēt Pli.li.iiii.nat.hi.

Corylus cū.c.exili &.y.græco atq; unico.l.ſcribitur ut ēt teſtis ē Priſcia. li.i. ubi tractat de mutis circa finē capituli:ubi ex hmōi ſcriptura cū.y.græco arguit:corylū & nymphā a græcis eē acceptam:ha/betq; accētū ī pria:& ē arbor ac fructus:q a nr̃is dr̃ auellana a loco.ſ. ubi primū cōperta fuit de qbus Vir.i buc.Phyllis amat corylos.Et li.geor.ii.Neue inter uites corylum ſere.

Corymbus cū.c.exili &.y.græco ſcribit̃: pprie fructus ē hederæ. Vnde Vir.I Palæmōe: Diffuſos he/dera ueſti pallēte corymbos:& īde corymbiferus ur Oui.li.faſt.i. Feſta corimbyferi celebrabat græ/cia bacchi.

Corinthus cū.c.exili &.i.latio atq;.ch.aſpirato ſcri/bit̃:urbs fuit Achaiæ: quæ primū teſte Euſe.li.de tpibus a Siſypho latrone Aeoli filio ſup Iſthmon ī medio maris ionii & ægæi cōſtructa fuit:& ut in qbuſdā Homeri gloſulis comperi:Cercyra cognominata fuit. Deide aucta Ephyra uocata:ſed poſt hæc euerſa:& ab Corintho Oreſtis filio iſtaurata Corinthus teſte Euſebio de tpibus cognominata fuit. Vltimo a romanis fuit in cenſa:ut oſtēdit Florus de bello achaico: & Iuſti. li.xxxiii. Fuitq; teſte Apulegio li.x.de magna regiōis caput: & a Corintho corinthiacus.i.corinthius deducit̃. Oui. lib.i. triſt.illa corinthiacis primū mihi cognita cēchris.

Corithus abſq; aliq̃ aſpiratione &.i. latio ſcribitur: oppidū ē Hetruriæ ſup paruo colle eiuſdem noīs poſitū:& tyrrheno mari ad tria milia paſſuū pro/pinquū conditumq; a Corito rege:dicēte Vir. lib. ænei.vii. His orrus ī agris Dardanus idæas phry/giæ penetrauit ad urbes. & ſubdit: Huic illū coriti tyrrea a ſede profectū. Vnde ipſius Coriti filius putatur Dardanus: q̃q̃ a poetis ex eius uxore & ioue pcreatus dicatur.

Corobius cum.c.exili &.i.latino ſcribitur: nomen eſt uiri proprium.

Corone cū.c.exili ſcribit̃: urbs eſt Achaiæ teſte Pli/li.iiii.na.hiſto.a qua coronæus ſinus cum.æ.diph/thongo cognominatus eſt.

Chorus cū.ch.aſpirato ſcribit̃: Et fuit in diuerſis tēporibus ac i diuerſis actibus uariis. & teſte Feſto deriuat̃ a corona:q̃ ſine aſpiratiōe ſcribit̃: ſed ut ait ī deriuatiuo aſpiratonē aſſumit. Sane teſte Quint. a nōnullis uetuſtioribus corona aſpirabat̃:qd̃ ex qbuſdā inſcriptionibus eius tpis apparere dixi eodē mō chenturione & pchones cū.ch. aſpirato ſcribebát. Quod ſi uerā Feſtus deriuationē a corona poſuit:latinū eē chorus & nō græcū. Cuius cōtrariū apud græcos habeo. Ideo Platoni magis credendū eſt:q ait:nō longe ab initio ſecūdi libri de legibus chorus a Χορα:quæ ē leticia nuncupatur.

Choraules cū.ch.aſpirato ſcribit̃: nomē ē tam mu/ſici inſtri quo pulſabat̃ ad chor: q̃ uiri cognomē pulſantis.iuue.in ſaty. Credo pudicitiam ait: Am/broſiuſq; choraules.

Coraſini cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribit̃:populi ſunt aſiatici teſte Hero.li.hi.ii.

Chorda cū.ch.aſpirato ſcribit̃:& dictio græca ponitur a Iulio Polluce.

Chorea prima cū.ch.aſpirato:& penultima cum.e. abſq; diphthongo ſcribit̃. licet apud græcos ſit.ei. diphthōgus:q̃ in.e.longā conuerſa eſt ut: iouat indulgere choreis. Sane a Virgilio metri cā corripit̃ in.vi.ænei.com ait:pars pedibus plaudunt choreas:& carmina dicunt.

Chorebus cum.ch.aſpirato ſcribitur: nomen eſt uiri proprium.

Chorineus cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribit̃: no/men eſt uiri proprium.

Coriambus cū.ch.aſpirato &.i.latino ſcribit̃: pes ē

choris q̄ aptiſſimū carmē reddens conſtat ex ſyllabis quattuor: prīa lōga: duabus ſequētibus breuibus & ultīa lōga. Hora. in prio carminū Lydia dic p oēs: qui uerſiculus cōſtat ex coriābo & bacchio: ubi Lydia ipſum .a. correptam habet.

Cos cum .c. exili ſcribit: urbs eſt dorica: & ut puto a cote: qui apud nos lapis dr̄ nomen aſſumpſit. Horatius in carminibus. Ardentes acuens ſagittas cote cruenta.

Coſmus cū .c. exili ſcribit: dici pōt latīe ornatus uel ornamētū. Nā deriuat a κοσμω. qđ eſt orno & decoro. Nūnūq̄ uero & pro ipſo unguento qđ ornat poſitū legimus. ut Iuue. in ſatyra Stēmata qd faciunt ait: Et coſmi toto merſat aheno Martia. in .xi. Quod coſmi redolēt alabaſtra fociq; deoꝝ: Et inde coſmianus: ut idem Martia. Qui uino medeat nec erubeſcat: Pingui ſordibus eē coſmiāo: Ludet cū pueris amet puellas Nōnulli uero putāt nomē illud coſmi hoīs cuiuſdā unguētarii ꝓpriū magis a poetis fuiſſe poſitū: q̄ pro unguēto ipſo: ita ut dicat ahenū Coſmi .i. optimi illius unguētarii: alabaſtrū coſmi: qđ .ſ. ille cū unguēto uenditare ſolebat: ut ſimiliter balnea Criſpini: balnea Stephani. Martia. eodē li. ſcis q̄ ſtephani balnea iūcta mihi. Ita ut q huiuſcemodi delitias: q̄ ad ornatū faciebāt uēditabāt coſmus diceret. ut idē poeta circa finē opis: Delicias coſmi uos redolere nurus. & ab eo unguētū qđ ille cōpoſuerat: coſmianus uocaret. Idē Mar. i .xii. clar̄ mōſtrat cū ait: Aut librā petit illa coſmiani: ubi uenalis rei pondus exꝓſſit: itaq; cū diuerſis ornamētis decoratus ſit mundus coſmus a græcis dr̄. Vnde coſmographia deducit.

Coſmographia cū .c. exili & .i. latino ſcribit: ē deſcriptio mundi. eiuſq; poſitiōe ſcriptura & pictura. nā cōponit ex κοσμοσ qđ eſt mūdus: & γραφια qđ cū ſcripturā: tū ēt picturā deſignat. Vnde fuit etiā apud romāos cōſuetudo pigēdi mūdū: dicēte Propertio: Cogor & ī tabula pictos ediſcere mundos.

Coſmeta cū .c. & .t. exilibus ſcribit: dici pōt a nr̄is ornator uel ornatris. Vnde ſerui q nobiles mulieres exornare cōſueuerāt: coſmetæ uocati ſunt: dicente Iuue. in ſaty. Credo pudicitiā: ponūt coſmetæ tunicas. Nam a κοσμο: quod eſt orno deducitur.

Coſtus cum .c. & .t. exilibus ſcribitur: arbuſcula eſt aromatica.

Cotys cū .c. & .t. exilibus atq; .y. græco ſcribit: nomē ē uiri ꝓpriū. De quo ſæpe plutarchus meminit.

Cotula abſq; aliqua aſpiratione ſcribit: genus ē paruæ menſuræ: quæ græce κοτυλη dr̄: ubi illud .y. græcum in .u. noſtrum conuerſum fuit.

Cothurnus cū .c. exili & .th. aſpirato ſequente a græcis: ſed a noſtris ſequēte .u. ſcribit genus eſt calciamenti teſte Seruio utriq; pedi aptū. Vir. ī buco. Suras euicta cothurno: & prio æneī. Purpureoq; alte ſuras uincire cothurno. Verū nunq̄ ꝓ calciamēto ſubleuato ſubere: quo mulieres ipſæ grādiores apparerēt a Iuue. poſitū ur̄ in ſaty. Credo pudicitiam ubi ait: Si breue parui ſortita eſt lateris ſpaciū breuiorq; ur̄ Virgine pygmæa nullis adiuta cothurnis: Ponit ēt aliquādo cothurnus ꝓ alto dicēdi genere apud poetas Vir. in buco. Sola ſophocleo tua carmina digna cothurno. Et a cothurno cothurnatus deducit. Mar. in .v. epigrāmatum: Grāde coturnati pone maronis opus.

Cous cū .c. exili ſcribit: inſula ē ī mari ægæo ſic quoque teſte igino a Coohilæ Meropis cuiuſdā fœminæ: q̄ in ea regnauit cognomīata. Ex hac teſte Varrone li. ii. de agricultura uindemias romā deportabāt. Nā duobus fertiliſſimis optimo uino montib⁹ referta erat fuitq; Hippocratis & Apellis pr̄ia Vnde ab ea adiectiuū cous coa coū ſimili ſcriptura deducit Iuue. in Satyra Stēmata quid faciūt īquit Sptana chlamys cōchylia coa. Nā teſte Varrōe prima ī arte lanificii fœminaꝝ ornamētis claruit: dicēte Oui. li. ii. de arte loq̄ns de puella quā amas: Siue erit ī tyriis tyrios laudib⁹ amictus. ſiue erit ī cois coa decer̄ puta. In eadē dixit Solinus Homeri ſepulchrū eſſe qđ in Naxo uoluit Martialis.

Crātor cū .c. & .t. exilibus ſcribitur: fuit ſolenſis philoſophus q athēas cōcedēs auditor fuit xenocratis ſocius Palæmōis: reliquit cōmētaria ad .xxx. milia uerſuū Arceſilao petēti ubi nā uellet ſepeliri reſpōdit teſte Laertio ī uiſceribus terræ: obiit āte Cratē & Palæmonem morbo intercutis.

Crater abſq; aliqua aſpiratiōe ſcribit ē cupa grandis: dicēte Virg. circa finem li. i. ænei. Crateres magnos ſtatuūt & uina coronāt: & libro. iii. Tū pater anchiſes magnū cratera corōa induit: ipleuitq; mero diuoſq; uocauit. Et dicit ēt hic cratera: ut Statius li. thebaidos .x. Et bacchus ī altos crateras pateraſq; redit. Et ſic oībus poetis uas magnū ad bibendum aptum deſignatur: dicente Iuue. ī ſatyra quæ īcipit Natali coruīe die. Vrne cratera capacē: & dignum ſitiente pholo uel coniuge fiſci Bibit.

Crates abſq; aliq̄ aſpiratione ſcribit. fuit athenīēſis philoſophus: filius Antigenis: & pago triaſius fuit acadēicus polemōis auditor: illiuſq; ſucceſſor ſcholæ: q adeo ſe uiuētes inuicem amaras: ut teſte Laertio eadē ſemp ſtudia ſint cōſecuti: & mortui eodē ſepulchro diſpoſiti: quos Antagoras ī hanc ſn̄iam uerſibus exornauit. hoc tumulo Cratē ac Polemonē cōditos fatere q tranſis o hoſpes: uiros cōſenſu aīoꝝ ꝑcipuos: quoꝝ diuino ex ore doctrina manauit ſacra: uitæq; mūdicies ſapiētiæ adiūcta. habuit Crater diſcipulos memorabiles: īter quos fuit Arceſilaus Bion Theodorus Alter fuit Crates patria thebâus & ſecta cynicus Diogēiſq; diſcipulus: quē Hieronymus noſter ſcripſit iæciſſe ī mar̄ magnū auripōdus dicēs. abi a me uenenū: Nā uos potius mergā q̄ ipſe a nobis mergar. Nā teſte Laertio fuit uir diues anteq̄ fieret cynicus. quoſdā ex ſuis conātes illū a propoſito auertere bacculo proſequebat. habuit uxorē Hipparchiā Metrodi ſororē: ut ī ea dictiōe uidebimus. Deme. uero magneſius refert eū depoſuiſſe pecuniā apud traezitā hac conditione: ut ſi filii ſui Idiotæ eſſēt. eam illis traderet ſin autē philoſophi eam plæbi diſtribueret. Irritās ſemel Nicodromū cæſus eſt ab eo in faciem: quare chratulā ſupra ponēs uulneri ſcripſit: Necodromus fecit Obiit ſenex & īcuruatus. Alius fuit Crates orator de iſocratis familia. Alius ualiorū effoſſor: qui cū Alexādro militauit. Alius philoſophus peripateticus. Alius geometra. Alius poeta epigrāmatū. Alius etiam academicus.

